






Monsieur
gatin orpheuvre
a la porte de paris

Exemplaire très rare

Pour la seconde pièce, exemplaire connu au Brit. Museum — l'autre à Ste Geneviève Y 8° 866 —

P. 2

Petri de ponte ceci

Burgensis ad reuerendissimum in Christo patrē Anthonium Bergeum beati Bertini venerabilis cœnobitus moderatorem prudentissimum.



Venundantur Parthisijs a Dionysio Roce Invico Sancti Iacobi sub intersignio Diui Martini commorante.



en beau parchemin vellain

¶Pars exe cutiua.
¶Populus similitudo larix.

BErtinum ingentem gracili peane canamus
Diuum magne parens nostræ bonus influe menti
Formidata opice Iouis incre menta cohorti
Cœperat alma fides: & iam velut Herculis arbos
Vel robusta larix/modicas attollere frondes
Primum conspicitur: sed diuoluentibus annis/
Ardua ramosum caput intra nubila condit.
Cœligenū excitis promulgatoribus omnes
Catolice eierat vox religionis in oras.
Et veterum propulsa deum simulachra ruebāt.

Tartarus

Tartara confusis opplebant rictibus vmbræ
Nam solitæ posito iam maiestatis honore/
Multos vsurpata dolis delubra per annos/
Cultis æthereo cedebant numine sacris

Phebus delphi.

Dijq; dee q; omnes coluit quos cæca vetustas.
Sortilegis phœbum delphis (quo cærta profecti
Omnibus e terris homines responsa petebant)
Multa resignatis laruarum infamia technis
Expulerat fide priuatus: priuatus & arcu
Tempora nudatus: pice nigrior: omnia tetro
Ethiopi similis: tristem remearat in orcum

Stix fluuius odij.
Cylenius hermes.
Mercuri⁹ inferorū caduceator.
Bistonia ps thracie strimū fluui⁹ mauors

Prodita latronum fraudes matuta reponit.
Et mortis tenebre vitæ orta luce fugantur
Eloquij titulos vocesq; lyramq; subacta
Trans styga disiectus flebat Cylenius hermes
Q̃t maiore gradu nos tam magis egre labamus
Ignea bistonie potant vbi sulphura gentes:
Thracius amissum plorabat strimona mauors.

Vt sua virtuti vitio sic præmia dantur
Lesbois despectus agris sine lincibus euam
Occiderat:nec pampineo decoratus amictu
Vitiferis grauidas cernebat collibus vuas:
Nec cocytigenum proclamabatur in vndis
Euius:vt bello ipsum Iuppiter antevocarat
Nulla acheronteis reuerentia manibus extat.
Panos odora sacella dei gens spreuerat arcas.
Aduentante procul lupa foeta leone facessit.
Rugosis Venerem ridebat foemina sannis:
Probra paphos/ludos cyprus/risum alta cythera/
Et nemus idalium(quibus ipsa vigere solebat)
Crispanti tremulum fundebant nare cachinnum:
Falso ascriptus honos/falso laus rapta peribit:
Iunonem Samos/& Cererem temnebat Eleusis.
Quãuis hæc opibus sola/frugibus illa bearit:
Nescia iustitiæ data munera virus inaurant:
Exorci nimia quid vos ambage morabor?
Saturni genus omne fides sepelirat auerno.
Multa tamen prisci nobis alimenta reatus
Abscedens ea progenies dimisit/in omnis
Progressura dies:donec pius impia flammis
Vindicibus delere volens hæc secula iudex:
Sanctiloquos præmittet auos.quos viuere campis
Cœlitus elisijs/multi hæc ad tempora dicunt:
Dijs igitur motæ arridet vertigine caudæ
Cerberus/inferni custos/& ianitor antri:
Notorum aduentu comitum gestire putares.

Lesbos insula.
Euã Bacchus.
Cocytus flumen luctus.
Euios bonus filius.
Pan deus
Arcas populs.ven⁹.
Paphos.
Cyprus
Cythera
Idalium
Iuno. Samos
Ceres.
Eleusis.
Saturnus
Auernus.
Elias.
enoc.
Io.euan.
Cerberus

pluto ¶Propter fidei exaltiatiõez dij ad inferna depulsi cõq̃rũt. Stentor. oris

At postq̃ tristesq; deos/ mœstamq; cohortem/
In sua cæruleus vi cæperat atria Pluto:
Talia stentoreis ad turbam vocibus infit
O miserum/inq; dies vltra miserum genus eheu/
Quid primum quærar:/huic finem q̃ longa dolori
Sufficient lamenta:/ rei sors nulla medetur.
Q̃z nostri infamem pudet heu meminisse ruinam:/
Nec fracto dabit auxilium/pudor vllus honori.
Vos toto mecum quondam viguistis in orbe:
Et nobis genus omne virum sacra thura ferebat:
Tunc nos abiurare nephas:nos ludere crimen:
Nec nostro ordibatur opus sine numine quisq̃:
Nunc paradisiaco postq̃ galileus ab axe

paradisius galile⁹ xp̄s

Iudeæ pauidam venit mulieris in aluum:
Non satis est: omni q; nos spoliauit honore:
Et sine diuinis nostrates orgibus aras.
Reddidit:& nullos templis dare siuit odores:

parce

Ludibrio passim sumus omnibus: aspera nobis
Secula ferali neuerunt stamine parcæ.
Maiori (qui plura valent) nos scommate carpunt
Subsanant equites:nos omnis curia ridet:
Nulla antistitibus de nobis cura: sacrorum
Turpia cultores in nos conuitia ructant:
Tota cachinatur plebecula:molle calenum
Cum media flacci potores nocte resorbent:
Plurima de nostris vltro citroq; profati
Casibus:hæc ante ora screantq;/pedunt q; vicissim:
Et nos (iampridem quos tam reuerenter habebant)

Cuncta prophanatis illudere.ritibus audent.
Nos vetule temnunt:pueri/puereqȝ reiectant.
Vix lalat/papat ve/tener cum/respuit infans·
Seu stratum subeat:seu iam cunabula linquat:
Exiguis obita digitis cruce pectora signat.
Et quædam drausare precum murmurcula discit.
A christo initium vitæ:christo omnia dedunt.
Quid facimus nos indecori plebs degimus æuo.
Asse minoris ab erranti nos orbe licemus.
Trah cœlos:quæ nam tellus satis ima dehiscet:
Nos vt præcipiti nos vt demergat hiatu?
Ne q̃uis nullum nobis mitescere possit
Supplicium coram tam turpia probra feramus.
Absentem latrata minus conuitia ledunt.
Et ferient leuius quos nõ prænoueris enses.
Quin infelicem finimur disrumpere vitam?
Et tantos vno interitu finire dolores?
Quidquid alit tellus:quidquid generatur in vndis:
Omnia quæ profert aer quæ cynthia phœbe
Est amplo complexa sinu:mors improba sternit.
Eternas tamen hæc nunq̃ ferit impia mentes.
Corpora vanescent:animi sine fine manebũt.
Heu lucem inuisam cum talia munera dono
Perpetuos tutura dies oblata fuerunt
Hac vita q̃to(si morti occumbere possent).
Hac vita q̃to mors pessima dulcior esset?
Quis longa tamen foret vna doloribus ætas.
Iam nostro angori(si excordia dicitur angor)

Præstabat. q̄ dissimili sunt mente choragi.
Laus a sobrietate. Exigua genium cœna fraudabat: edendis
Ceres. Lautis nulla fuit bolulis impressa voluptas.
Simplex vesca teres: potum sepe vnda ferebat.
Mandendi vix cura. suos quę pasceret artus.
Tanto cœligenum succendebatur amore:
Vigilia Nec sopita graui dedebat lumina somno:
Paruum concubia visens de nocte sacellum.
Flexis poplitibus tensisq; ad sidera palmis
Cernua diuino fundebat vota parenti.
Andomari vite austeritas Lecto dura silex: & sæpius horrida cautes:
Sparsis straminibus (dictu mirabile) stabat:
Sic castigato patiens ieiunia ventre:
Edomitum corpus noctesq; diesq; domabat.
Ocia nulla dies/ nox ocia nulla videbat
Christo planta/ manus/ iecur/ os/ & lingua dabantur.
Hunc igitur sanctæ fidei præcepta docentem:
Supplex auscultat populus. quia tramite recto.
Andomari salutaris predicatio. Vadere stelligeras cœli demonstrat in ædes.
In templis etenim turbas ita sæpe monebat.
Verbigenæ sacro plebs emundata eruore.
Soter. In sothera tuum non sis ingrata reatus
Tartarus Linque tuos. quibus es precijs aduerte redempta.
Dis ditis. Pluto Tartareis collum laqueis euincta iacebas:
Olimpus Nec Ditis ceruice iugum excussare licebat.
phlegeton Scandere clarentē nemo potuisset olympum:
Mersa sed ardenti soboles phlegetontis in vnda:
Perpetuis male supplicijs cruciata fuisset

Sic Mars/& contra Maie sic filius inquit:
Hæc nimium gradiue pater sententia feruet:
De summis diuum licet vtilitatibus ores
Nil nisi consulto vir sumere prouidus audet:
Multos consilij in cladem penuria mittit:
Primatum faciles animos incendere queris:
Quos penes imbellis mors est & vita popelli
Vt largos hominum passim fundendo cruores
Pœnarum terrore fidem conuellere possint.
Quid suades Bellone/ tuopte falleris astu.
Mactandis de corporibus si nulla fuisset
Factio: & in nullos seuiuissemus: auernum
Plures incolerent animæ q̃ syrtica harenas.
Littora conuoluunt: quæ nunc fœliciter orbes.
Cœlestis habitant: nos nostro cedimus ense:
Cui nocuisse magis cupimus: prosperrima dantur
Nostris optatas stulti damus hostibus ędes.
Queniq̃ martirio totis si viribus addas:
Nil strictos enses/ nil flammę incendia curāt:
Armatos varijs ridet mucronibus axes:
Nec flagris cedi: nec duris coribus horret.
Cum pœnis grauiter nimium cruciatur acerbis:
Verbera firmato contemnens acria vultu:
Lictores vltro danda ad tormenta lacessit.
Fortia spectantes mirantur pectora turbæ:
Tum audaci populis astantibus ore profatur:
Discite (perpetui si curæ est gloria regis)
Discite/ lethales pessum iactare tyrannos:

consilium mercuriꝰ deprimit. Maia nimpha gradiuꝰ mars

Bellonus mars

Christigenarum neminem martyrio affici debere mercuriꝰ ostēdit.

Concionatio martyres inter suplicia ad posculum vti solēt

Qui vulgum nulla ducti ratione trucidant:
Mutos/illingues/fragili sub imagine diuos
Temnite:cæca deum pedibus simulachra terantur.
Iuppiter. — Incestum cum prole Iouem execrate:beatas
Qui sedes habitant:vos thure litare putatis:
(Vestras in melius tandem conuertite mentes)
cacodemō malus itel ligens ma lusāgelus — Mortifer obtusas ceruices fascinat error:
Glutaces auidi colitis cacodæmonas orci:
Se factis sub imaginibus qui condere gaudent:
Vt lusas hominum mentes in tartara ducant.
Quorum corporibus vos hic solemnia fertis:
Iuppiter. — Ardenti tristes animæ torrentur abysso.
mauors. — Iuppiter/& Mauors/& cætera turba deorum:
Mortali quondam sub conditione fuerunt.
Qui postq̄ vita functi petiere tremendas
Cocytus. — Cocyti lugentis aquas:mala cuncta tulerunt:
phlegeton fluuius ardoris — Illorum effigiem indutæ phlegetontides vmbræ.
Qui fuit ante Iouem:solo facit omnia nutu.
Graminibus terras:vndosum piscibus ęquor:
Aera pennigeris:ignemq; animantibus ornat.
Stellarum solus numeros/&nomina cernit.
Sidera quis torquet: cœliq; immobilis axes
Quis regit/ętthereasq; faces quis lumine tingit:
Non dij:quos operosa sacris industria finxit:
Quos hominum fecere manus:quos dente vetustas
Acheron despatōis & inqetudinis fluuius — Exedet.& tinee sensim pascentur inertes:
Sed qui ęterna pijs cœloru; gaudia donat:
Qui vestras vnda laruas acherontide mergit.

Talilbus oranti plebs non immobilis audit: [Nazare-]
Credula præcipitis flectuntur pectora vulgi. [us christ⁹]
Sic terdena virum nazareo millia Christo
Vnius nece (nec lethen subit ipse) parantur.
Quid grassari igitur Mauors in corpora suades: [Mauors]
Quæstibus ingentem iacturam male videris.
Carnem oblinquamus: sed nostra indagine mentes/
Astu/fraude/dolis/circunueniamus operti:
Multo maiorem ditis prædam atria habebunt [Mercuri⁹]
Talia Mercurius toto auscultante ferebat
Diuum concilio bellorum excanduit heros:
Et galeam cassans: & terram cuspide pulsans:
Dentibus infrendet. iam telo rhetora sternat
Hermeti stygius ni Iuppiter ipse faueret [hermes]
Et lemures solita hinc ire ad tormenta iuberet: [Stigius Juppiter]
Sed dominum plusq̃ famulos res ipsa fatigat: [Pluto.]
Non tamen hunc vanis luctum de rebus agebant
Perdendis erat imperij de fructibus horror
Nec mirum: nam cœlesti fortissimus ore
Præsul erat Morinis pater Audomarus in oris: [Morini. audomar⁹]
Euo iam plenus: sed sensu plenior: omnem [confessor.]
Pallada corporeis defuncta vigoribus ætas [Beati au-domari in]
Callebat: longo studijs increuerat vsu. [fantie stu-dium]
Si vulgi leuibus commentis credere dignum est. [Lachisis]
Vix illi ternam lachesis trieterida nerat: [parca Trieteris]
Quando Palemonijs certare/ & vincere telis [triū ānorū spatium]
Iam poterat: nullaq; indagine victus abisset: [a poeticis Palemon]
Iam lyrica resonare cheli/ iam diuite vena [grāmatic⁹]

Heroas cantare graues/& funera norat:
Atqȝ coloratum lepida grauitate nitorem:
a rhetoricis. Et quicquid linguis decori est efferre peritus.
Iam falsis penitus secernere vera sciebat.
A logicis. Non quo vaniloqui delirant more sophistæ
Somnia qui passim nil præter anilia ructant.
Sed quo prima sagax argumine scita vetustas
Constituit:seu diuini selecta Platonis
Proles nichomachi. Sensa ferunt:seu nichomachi doctissima proles
Aristoteł Indidit.at puero cum vix tria lustra dedisset
Rerum magna parens:nec dum lanugine malas
Induerat.summum triuialia doctus ad vnguem.
ab astrolo. Astrorum influxus/cœliqȝ decemplicis orbes:
A geome. & arismeti. Mensuræ/numeriqȝ/omnem studia ardua legem:
A musicis Dissona concordis sapiens modulamina cantus.
A theologia Mistica sacrati:quæ codicis ora profantur:
Arabes Grecia. Quicquid habent arabes/ & quæ scit græcia norat:
Ieremias. Moses. Ieremiam/Mosemqȝ pium/regemqȝ pusillum
Corpore/quæ magnum strauit virtute gigantem:
Quiqȝ famescentis in maiestate leones
Edomuit: memori prædoctus mente tenebat:
Sensu fortis/opum diues/ clarissimus omni
Virtutis radio:superum pietate coruscans/
Gasæ quicquid erat:tris pertiebatur in vsus.
Templorum celebres cultus pars vna gerebat:
Pauperibus(quos sęua viris penuria torquet
Altera parebat:tenuem pars tertia victum
Talibus officijs seruire peculia debent)

Nullus erit finis:nos iugi ergastula vinclo
(Sic qn̄ superis libuit)patiemur inulti?
Ad syrtes quid aro?nihil hic nisi nota feruntur.
Hæc lucis fulgore suæ enotescere scitis.
In ea tum rigidus contorquens lumina mauors:
Merentem alloquitur nostri rex maxime cetus: his sesema uorsigerit
Cur ita degeneras?animos quim concipis.istud
Plangendi genus/ad mulierum difflua spectat
Pectora:fœmineos habet hęc querimonia luct9.
Curas pone:animis gaudere virilibus opta.
Intima continuus frangit præcorcordia meror.
Exciri noua bella iube noua sentiat arma
Mundus:& aflictis doceatur fidere rebus.
Te ne adeo segnem/tam ignauum tu ipse fateris
Vt tibi virtutum vestigia nulla supersint?
Nec nostris vllam spem deniq; ponis in armis?.
Q̄uis assueto defectus robore dicar:
Inme præreriti nō est nota nulla vigoris.
Mittemur.quocunq; voles:quocunq; libebit.
Mandatum opperior: sunt ad tua iussa parati
Maximus egra licet confundat pectora langor
Omnes hij comites:si nō ad cuncta potentem
Extendunt rapienda manum:tamen vtilis auceps
Tris lautas cum portat aues in tecta vocatur.
Nos procerum occulto mentes flāmabimus igni:
Christum abolere sacris fundendo sanguine pgant.
Fare:dolis vsq; dabitur locus:ede quod optas.
Vani sunt qui nulla parāt tibi commoda nisus.

Ni genushumanum miserans de⁹:æthere summo
Sanctam progeniem miserum legasset in orbem.
Quæ sacro nostras purgaret sanguine mentes:
Satan Acheron Et post fata nigros tereret virtute sathanas.
Quo iustos auido patres acheronte reducat.
Orcus Flagrantem ipse pijs obstruxit mentibus orcum:
Leta salutifere patefecit gaudia sedis.
Ad cœlos reseratur iter:via parua salutem
Infernus Pandit:ad æthereos animum tollentibus orbes.
Peruersis tamen inferni deterrima regis
Noctes atq; dies feraliter aula patescit.
Virtuti & vicio sua merces æqua paratur.
Quem tantis nos prometitis reddemus honorem?
Quis meritas illi poterit persoluere grates?
Non opis humane minimam est cõtingere partem.
Sed summi in miseros tanta est clementia patris:
Vt fusas de corde preces exaudiat.ingens
Jesus Christus Q̃tũcunq; scelus quis perpetrauerit error:
Contrita si mente dolet:mox culpa fugatur.
Nec factum vlterius cœli reminiscitur auctor.
Quare agite:& miti sacra vota libenter iesu
Edite:pendentis rorantia vulnera christi
Qui vos innocuo sanctoq; cruore redemit.
Templati:nocuas animis abstergite sordes.
Magna dei pietas:o magnũ flumen amoris
Qui tantum vt saluemur amat:quẽ tanta suorum
Natum cura mouet:lachrymæ cui pectora tangunt:
Qui paradisiacas cunctis poscentibus arces

Clemens/ & miserans/pius/exorabilis offert. morini ad fidē reuertitur.
Hunc colat/oret. amet/cupiat/veneretur adoret/
Catholicæ fidei sacro qui fonte rigatur.
Talibus eloquijs populorum corda citantur:
Et Christi rutilis altaribus orgia dedunt. Christi⁹.
Templa locant: celebres donis locupletibus aras.
Accumulant: lychnis faculisq; ardentibus ornant.
Nunc sanctos inopum nummi donantur in vsus.
Nunc sacris tribuuntur opes: & dia rogantur
Numina: cœlituum tutelam mitia turbæ
Pectora conclamant: crucis emolumenta precantur:
Et diuina sequi doctoris gesta laborant. Romule⁹. Morini. Tornaceñ Picito pŝſ Roman⁹. Fucianus martir. Victoric⁹ martir. Mons vaticanus
Res toti de iure solo miranda videtur:
Nam paucis ea gens monitores ante diebus
Romulea morinis missos ex vrbe necarat.
Tornacensis agri picito dignissime presul:
Tergendis animis & gentibus vsq; docendis
Romantis solij cum te prefecerat auctor:
Martirio futianus obit: victoricus acri:
Ore potens: eius gentis feritate periuit.
Nam vaticano dum te de colle sequuntur.
Legis apostolice pleno sermone redundant:
Falsis heresibus vulgi miserabilis omne
Consilium abducunt: christoq; in corda recepto:
Contritos animis lustrali flumine tingunt:
Tartaridum sobolem diuum plaga tota reiectat:
Ttrinum/& vbiq; deum/ numen venerabile credit: tartarides furie.
Sed velut execta siluis quondam illice radix Similitudo.

Sub terra latet: aerias quæ rursus in auras
Paulatim fruticum ramos/frondesq; remittit.
Sic q̄q̄ infandi erroris fastigia linquit:
Antiqui plebs cœca mali vestigia seruat.
Et sensim luso Christum de corde reuellit:
Iutoresq; suos crudeli morte trucidat.
Sed deus humanæ vitæ/ atq; salutis amator:
Belial diabolus. Hanc perdi gentem beliali noluit astu.
Dagobertus fracorum rex. Francis clarebat tum rex Dagobertus in oris:
Quem virtus/& relligio/pietasq; regebant
Nulli armis/nulli astripara bonitate secundus:
Magni sacra dei delubra ardenter amabat.
Huic volucrez supera misit de sede ministrum:
Omnia qui solo moderatur climata nutu:
Vt celeres diuina ferat mandata per auras.
Ille per errones septem dilabitur: acris
Ignea regna legit: liquidumq; per aera tranat:
Mox in sopiti nocturna cubilia regis
Deuolat & modicis omnem lenitibus aufert.
Ad quem dulciloquis prope stans ita vocibus infit.

Fracones

LIBER SECVNDVS.

FRanconum mihi magnanime expergiscere princeps.
Diuorum tu concilio saluere iuberis.
Mittor ab excelsa superum tibi nuncius arce:
Britannicus Vt tenues memoranda feram tibi iussa per auras.
Morini. Nuper in occiduos vbi regna britannica tractus/
Phlegeton Satan. Extremosq; hominum morinos deseuit erymnis.
Et phlegetontei nimis incubuere sathanes:

Sanctos æternæ dapis imperijꝗ datores
Demonio plebes elusa furore pemit:
Et spurcis Lemurum rursus se deuouet aris. Lemures.
Illius astrantis miseretur rector olympi: Olimpus.
Et miserum redimatur auet de carcere vulgus:
Res est difficilis si non deus ipse fauer et:
Sed ducente polo tibi quæꝗ facillima cedit.
Grande tuis opus hoc humeris imponere curat:
Prudentiꝗ omnem vult rem committere dextræ.
Te quo cuncta modo/fieri quo ve ordine possint.
Quæ Iubet omnipotens:paucis attende docebo.
Est locus in vasta terræ vosagensis eremo. Locis des-
Religione patrum & longo venerabilis æuo. cripsio Vosagẽsis
Luxouium ducunt iacet hinc burgundia tellus: Luxouiũ burgũdia.
Illinc ampla suos adhibet germania fines germania.
In medio densis regiuncula vepribus horr et:
Centibus & sepnis scopulisꝗ immanibus omnem
Obduxit natura plagam nemorumꝗ silentes.
Vmbras arboreis intexit frondibus. Illic
Mente columbanus prædulcis/hibernica proles
Qui nunc stellata diuis congaudet in æde:
Atꝗ in præsidium famulos iuuat omne vocatus colũbanus
Religiosa deo spirante sedilia iecit hibernicus
Cœnobitarum quæ fundamenta fuerunt
Qui varias mundi nunc disperguntur in oras.
Hic centum quater aut supra celebranda virorum
Corpora:(qui domino lachrimis & voce litantes
Vita lucorum per deuia cœlibe degunt)

Quos pius ętereo flagrans eustacius igni
Dirigit:& sanctæ docet optima præmia vitæ.
Illius immensa iamdudu; gloria laude
Floret apud superos:nostras venturus in ædes:
Quotidie magis/atq; magis/se grandibus ornat
Virtutum meritis: deus hunc amat:illius omni
Diuum conuentu curæ est sacra numina poscunt
Ast inter tanta plenas virtute cohortes:
Sunt duo: quos cœlebri consanguinitate propinquos
Inter se perhibent:& si bene stemmata gnosco:
audomar⁹ Bertinus Regali sese patrum tibi sanguine iungunt.
Est audomarus senior:bertinus ab anni.
Iunior:at tetricis se vna virtutibus æquant.
Omnibus accepta superis probitate choruscant:
Sanctis præclaras mentes operatibus explent:
Et se laudanda morum paritate decorant:
Vnum opus/vna quies/amor vnus/& vna voluptas.
Ambobus stabilita manet:sunt mente gemelli:
Bertinus Verticibus geminis tantum sedet vna voluntas:
Bertini miranda magis primordia surgunt:
Et laudum multo maiori lumine fulgent.
Si vacat:& nostris patientem vocibus aurem
Bertini natale solū Porrigis:hic natale solum:generisq; superbum
germanic⁹ axis Edicam specimen:te nil audisse pigebit.
Constantia vrbs Vrbem illustratam germanicus inspicit axis:
Quæ trito populi verbo constancia fertur.
Vazlua pagus Germani. Hanc secus eximio diues iacet vbere pagus:
Vazluam vulgato germani nomine dicunt.

Armis terra potens:pinguiqꝫ potentior aruo: Rhenus.
Robuſtos homi nes inuictaqꝫ corpora gignit.
Vomere quam fortis valido rheni accola ſcindit Bertinus
Hic procerum clara Bertinus origine natus:
Regali ingenuam traxit de ſanguine vitam:
Hinc gens egregium domus illi auſtraſica prebet:
Vnde ducum & regum ſeries longiſſima fluxit: Auſtraſia domus.
Hinc ſobolis precium fert lothoringa propago: Lothoringus
Quæ tot principibus claris exordia fecit:
Annales igitur memori ſi mente reuoluas:
Coniunctum franca bertinum ſtirpe videbis
Paruulus in fati regnum cum prodijt infans: Bertinus
Et lucem teneris oculis puer editus hauſit:
Ecce repentinum vibratur ab æthere lumen: bereini miraclosa natiuitas.
Quod totos rutilo complet fulgore penates.
Ambroſij per tecta etiam funduntur odores:
Quorum mira viris nares fragrantia lenit Alterū miraculum
Nos etenim ſancto patriæ ſtellantis ab orbe
Ob genite prolis dilabebamur amorem. Aliud miraculum
Balſama/ dictamum caſiam/redolentis/amomi
Pixida per thalamum pars aſperſura ferebat.
Iucundis alij per tecta canoribus ibant
Hic plectro dulcis modulos preludit eburno.
Hic cytharam ferit/ille lyra ſonat/organa multi Quartum miraculū
Pulſant:hi fidibus modulātur:at ipſe ſequebar.
Ore canens:promptam repetebat cætera vocem
Concio: biſſenas ita nos tranſegimus horas.
Nobis congaudens ariſit ſepius infans:

Nos tamen astantes alij spectare nequibant.
Mortales etenim visus (ne cœlita prendant
Numina) constringens hebetat male terrea sordes:
Mundanosq; nimis fugiunt cœlestia captus.
Tertia signiferum vix delia viserat orbem.
Dulcia formose cum vltro dabat oscula matri:
Paruaq; gauiso tendebat brachia patri.
Altricis somno multis vagitibus asper
Non erat ignauo neq; deditus vsq; sopori:
Sed patiens hilaris/mansuetus/amabilis omni
Gentis in obtutu:spectantum corda ciebat:
Aurea nam roseo gestabat lumina vultu:
Lumina sideream multum referentia lucem.
Formosos puchri monstrabat corporis artus:
Ridenti niueus viuebat candor in ore:
Letum predecori stabat munimine pectus.
Recta manus & recta pedes mensura regebat:
Quem supra/citraq; nihil per membra videres.
Post vbi semotis gressus ductoribus effert:
Mirantes oculos in se conuertit:& ora
Nam crucis indicio iamiam confidere noscit:
Occursans aliquid quando pueriliter horret:
Siue foris sit/siue domi/cruce pectora munit.
Et pius assueto clamore vocatur iesus.
Visere templa cupit:felix iam gliscere cœlum:
Catholicæ pariter fidei molimina dicas:
Sic velut exiguo guttans aqua fonte resultat:
Et paruo modici latices de flumine manant:

Delia bertini iu-cũda infantia

[illegible]titudo.

At sensim crescente loco noua flumina crescunt:
Maioresq; cientur aquæ:mouet æquora vortex.
Primos exiguis insignit gestibus annos:
Et tenerum modicis animum decoratibus opplet:
At sacra labenti paulatim in corpora sensu:
His maiora dei puer ad misteria surgit:
Binam vix illi dederant trieterida parcæ:
Cum ferulæ mites palmas summitteret: & cum:
Ludimagistrorum monitis audire studeret.
Læta salutiferis informat corcula rebus:
In studio docilis/parens/mansuetus/& insons/ Bertini laudata pueritia
Nulli aduersatur:cunctis congaudet: amicos
Conciliat:quo quam socios offendere vitat.
Nec condiscipulis tumido se vertice præfert:
Quis doctrin a reliquis antistite præstet
Non illi mentem turgere superbia cogit: laus ab hu militate
Nec fluxę vano insolescit laudis amore.
Est oue deditior:miti patientior agno.
Nec sanctum misera strinxere cupidine pectus/
Nummi sacra fames/auriq; infecta libido. a liberalitate
Libera diuitibus diffundit munera palmis:
Nondum pubescens.inopum genus adiuuat ætas:
Spurca Dioneæ fugiens commercia prolis.
Casta salutari dedit præcordia Christo: a castitate.
Turpia lasciuæ spernens consortia plebis: Ab hone state.
Iugia synceri custodit vincula cordis.
Liuoris stimulos/atq; inuida vota relinquit. A compa cientia mi sericordia.
Indolet aduersis aliorum; & maxima gaudet

Si cui prosperitas contingit: & emula semper
Facta premit: sanctoq; omnes dictamine format:
Gutturis ingluuiem/ & morbosi gaudia ventris
Aspernatur: ei non vngest crapula curæ:
Fauces sobrietas/ vtrunq; modestia pascit.
Ex quo bissenos mitis puer attigit annos:
Quando lucra viris Hermes cylenius affert:
Et cum cyprigenæ putentia lumina regnant:
Atq; vbi curuata Saturnus falce minatur:
Supplex innocue ieiunia comparat aluo.
Concita rancoso non ardent corda furore:
Nec stabili grauis ira animum de cardine vertit.
Si quando iuuenum lenitas mutabilis errat:
Ipsorum fragiles prudens considerat actus:
Et nulla mentem supportans bile mouetur:
Torpida deiectam non sopit acidia frontem:
Languida nec pigrens euincit tempora somnus.
Mentem sedulitas: actus vigilantia ducit.
Illi cum decimam messem natura tulisset:
Concubias noctes tribus horis poscere cœpit:
Cætera cum grato indulgent animalia somno:
Cœligenis humili fundit sua vota sacello:
Viuida perspicui ingenij regit omnia virtus.
Aures quæ subeunt: nunq̄ mens sedula perdit.
Ad nostrum hunc (q̄uis diuini danda Platonis
Laudibus orsa ferant) nihil vnq̄ accedere possent.
Quā mira vegetate animi subtilis/ & acer/
Passim enotescit/ studiumq; per omne coruscat.

A sobrietate.
Annos natus duodecim ex qualibet ebdomade Bertin⁹ ieiunat.
Hermes silenus.
Cyprigena saturn⁹
A mansuetudine.
A vigili sedulitate.
Somnus.
Anno decimo qualibet nocte tres horas deū supplicit bertin⁹
Adorat.
Plato.

Ipsi difficilis merito res neutica surgit.
Alter in exprompta nam Dedalus arte putatur.
Spem probitatis/& immensæ virtutis amanda — Dedalus. A subtilitate
Indole moratam vitam spectantibus indit:
Vadentem quicunq; videt: quicunq; sedentem:
Aut fantem solitis quicunq; locutibus audit:
Ire/sedere/loqui puerum protensius ardet.
Non adolescentem cœlesti gratia dextræ
Deseruit: sanctas illi quin panderet artes — Bertini adolescētia.
Et sacra laudendæ iaceret primordia vitæ.
Iam tum præcipuam miti sub pectore curam.
Gessit: & in solis vigilans optatibus hæsit:
Vt superum magno dignis seruire parenti
Obsequijs posset: famulamq; inducere mentem.
Vtq; dei sancto demissus corda timori:
Legis apostolicæ facilis pręceptibus aures
Solueret: atq; animo euuangelica iussa teneret:
Nisus quicquid erat/ quicquid moliminis in se.
Illud olympiaci pendebat in orgia ritus.
O q̄tis adolens est danda decoribus ætas!
Omne factis quæ transcendit virtutibus æuum.
Conscia forma/genus prægnobile/magna suppellex/
Elatos animos de consuetudine reddunt.
Hic tamen illustri (q̄uis ab origine patrum
Fluxerit: & claro multos in stemmate reges
Enumerare queat) non nobilitate superbit. — A nobilitate
Summas inter opum vires nutritus: opimis — A delitijs.
Delitijs/ blando non irretitur amore.

A pulchri-tudine.

Nec mundi illecebris vitiosum pectora tradit:
Formosæq; licet pulcher genitricis alumnus:
Pubeat: & viridis iam vernet flore iuuentæ:
Non fastu frenos animi soluente tumescit
Omnia diuino solers ascribit honori.
Si scelerum natura secax precordia scalpit

In tẽtationibus arti ni cõstãtia

Vt se & tam claras meditetur corpore dotes.
Actutum stimulos/ac ipsa trude repellit.
Vires/nobilitas/gaze/decor/ora vetustas/
Et mundo quæcunq; placent niue raptius ibunt.
Sola manet: sola astriferum petit ęthera virtus.
Terra corpus aret: mens vt dominetur olympo.
Talia fœlici tacitus sub corde volutat:
Vera quibus sanctæ flãmant incendia legis:
Et sacro radians animus perfunditur igni.
Vtile consilium docto sub pectore gestat:
Quod delinquentis male ne per deuia secli
Quo ruat: omnimodum vitæ regit ordine callem.

Bertini iuuẽtutis prĩcipium.

Non adolentis adhuc cursum transegerat æui.
Recte viuendi cum fundamenta locarat:
Et quibus ad superum montem conscendere posset
Gressibus attendens: animum diuersa moueret.
Cum fallentis enim technas/& rhetia mundi
Cogitat: interitum cuius blandimina gignũt

Similitudo

Ceu rostro mulcens/ vnca graue scorpio cauda
Pungit: & abrupto linquit sub tergore virus.
Sic vbi blanditiæ magis elenire putantur:
Maius in obluso distillant corde venenum

Inde referre pedem. sanosq; reducere gressus
Concupit: & sanctos hominum reperire meatus.
Optat: vt ad sacrum valeat procedere collem
Talia firmati voluentem cordis ephebum: Ephebus adolescens, Soter saluator
proposito supere numen corroborat aure:
Vt miro dium flagret soteris amore:
Vtq; peregrini soluat retinacula cursus.
Optate placidos sic libertatis invsus
Rupit vt æthereo tantum inseruiret honori:
Et diuum obsequijs tenere daret omnia vitæ
Officia & sacro conferret pectora cultu.
Christus/amor/studium/labor omnis & omnia vitæ Christus.
Clarescentis erat conamina: præside Christo
Itq;/reditq; locis: vigilet/ceu dormiat eusum
Seu potum capiat: nec corde/nec ore recedit
Christus: vbiq; virum sonat os o dulcis Iesu.
Hanc vocem repetens: diuinum prorsus amorem Christus iesus saluator.
Imbibit: atq; imo numen sub pectore seruat.
Et quia per strictas angusto limite portas:
Quarum difficili tractu abdita valua patescit
Iugis leticię latissima regna petuntur:
In quibus omne bonum requies æterna profundit
Arctam frenato viuendi corpore normam
Puber inire parat: quę mentem reddere cœlo
Incolumen valeat: patriasq; redducere in ædes.
Illam Murciades quondam benedictus heremi
Desertæ plustra tulit: cum cæca virorum
Corda illustraret. passimq; silentia claustra:

Sanctꝰ bñdictus cuiꝰ ordinē bertinus assūpsit

Relligionē bertinꝰ ingreditur

Bertinus Luxoniū cenobium.

Conderet: & variſs pareret miracula rebus.
Natalis igitur terras/ omniſq; parentes:
Linquens flagranti ſuperum bertinus amore
Luxouium petit: vt ſancto patrum ordine degat:
Et dias morum ſeries ediſcere poſſit.
Monacios habitus ſacrataq; tegmina tandem
Induit: & ſolito decimum feruentius orbem
Affectans: ſummo ſub rege merere laborat:
Nil opere perdit: nulla ſpe fallitur: ipſe
Clementi dextra dominus pia munera captat:
O ſanctos ineuntis adhuc ætatis amatus:
O gratum ſuperis Iuuenem qui talia poſcit.
Qui ſtudet ardentem frenis arcere Iuuentam:
Atq; voluptatis primos exterminat ignes:
Naſcentem tenero proſcindit corpore florem:
Et pede conculcat polidis ſummiſſa voluntas.
Quam nec patris amor: nec multo humantia fletu
Lumina dilectæ matris: nec clara ſuperbi
Poſteritas generis: tanta quod origine ſurgit:
Cordis ab occepto calefacti cœlitę vertit.
Cœlorum feruente animo qui gaudia querit:
Totaq; ſidereis laribus qui corda reponit:
Terrenas nil curat opes: contemnit honorem:
Mundanum: bona quæ delectant fluxea ſpernit.
Hinc vbi præſtanteſq; viros/ vitamq; probatam

In religione bertini ſedulitas

Concipit: & ſummæ virtutis culmina ſpectat:
Maiori ſuperum qui numina mente frequentant.

Maioresq; operas seruandis mentibus addunt.
Primum sectari supremis nisibus ardet.
In sacti firmo sic plasmatoris amore
Mentem obuincit & in summo genitore morat.
Sincerum casto seruans in corde nitorem:
Mentis puritiem retinet:petulantia vitat
Gesta :nec in turpis fert luxuriantia mores
Pectora:virginee nil simplicitatis omittit.
Nullaq; mortifere tolerans contagia sordis:
Omnis affectus/imiq; sedilia renis/
Demonis & mundi/ca rnisq; ab dentibus arcet. Triplici inimico mūdo carni diabolo bertin⁹ viriliter resistit.
Sanctiloquos monitus/& nostri dogmata Iuris/
Conspicuo sectantem animo moderantia nutrit:
Quæ puri genitrix est corporis/efflua quicquid
Vota gule sequitur:paphie succenditur igni.
Fantia diuinam repetendo carmina legem
Inuigilat modic aq; diurnam lampade lucem
Supplet:& insomnes oculis nutantibus horas opera dabat.
Rorifere ducit noctis:radianciaq; astra bertinus Teologie
Præterit optati:voluendo codice libri:
Atq; ita corporeos frenat sapientia motus:
Nemo adeo lapis est:quem non sacra lectio mollit:
Sensibus humanis non est reserata voluptas
Quam veræ sophiæ prædulcia pabula fundunt.
Hostilem stigij quo vincat principis astum. Stigius
Se diuum assi dua patri obdicione relaxat.
Demonias fraudes humilis summissio pellit.
Parua salutaris deposcit corda redemptor.

Is facilem medijs intra præcordia gressum
Colligit excelsas aretes quibus itur in ædes
Arcte virtus — Hæc formidatam terrenti lumine frontem
Monstrat & in summa stratum locat ardua rupe
Ad se difficiles aditus/loca spinea dumos/
Vepres & tribulos/primum spectantibus offert.
virtutis cōditiones — Illam comperto si quisq̃ tramite visit:
Estatis rapidos incendia multa calores
Perpetitur: gelidæ pluuias & frigora brumæ
Sustinet: atq; omni menbrorum parte laborat.
Nunc sudat/nunc alget inops: nunc iuia currit.
Et nullam cupida perceptat mente quietem.
Ast vbi quesitam potis est contingere metam:
Grata hilaris/formosa/sagax/ditissima virgo/
Trigesimi die anni octauo sacris bertinus initiatur — Noscitur esse: suis quæ maxima præmia seruis
Reddit: & exhaustas persoluit ad optima palmas
Munere: nec quicq̃ curta mercede remittit.
Tunc omnes duræq; viæ: longiq; meatus
Censentur faciles: nullumq; in calle peracto
Felix qui metaʒ tetigit probat esse laborem
Eucaristie misteria — Hac duce cum sex lustra dies transcenderet octo:
Cognitus ardentem meritis super æthera pastor:
Et iam doctrina modulamine gestibus vsu
Plenus: sulphitos diuum caleret honores.
Sacris iniciatus adore mistica cenæ
Compunctis animis inijt misteria vinum
Fit cruor. in carnem panis conuertitur: & si
Non valet hoc hominum sensus comprendere: mētē

Sufficiet sincera fides: Deus omnibus idem est:
Omnia q; æquato trutinans examine librat.
In Mariæ/natiq; pios (sacra orgia) cultus
Extremas curas/atq; vltima vota sacerdos
Ponit: & horum aris libamina sæpius offert.
Post hos/indigetes omnis/ superumq; cateruam
Multiplicem/proprio deuotus in odine promit:
Tunc etenim magis expleta pietate studebat:
Ne grauis infecta languens contage reatus:
Regem (qui summas sanctę deitatis in arces
Ire/redire dedit) fortasse offendere posset.
Nam quo maior/eo peior/qui peccat habetur.
Et phlegetontea grauius torquetur abisso.
Plurima qui sumunt: & reddere plurima debent.
Casta sic animus sub relligione paratur:
Vt nil moliri nisi sancta/ & honesta valeret.
Quanto naturæ magis est contraria: tanto
Sacros virginitas scandit sublimius orbes.
Authorem placide totus cui militat æther.
Quem nigri trepidant lemures: cui terra/fretumq;
Vota precesq; ferens meritas cupit edere laudes:
Fletibus assiduis/ & amœno carmine placat.
Alta profundi seco patris magnalia sensu
Gratus apud diuos decima Bertinus in aula
Rimatus: superis (q̃tum terrena virorum
Debilitas patitur: sese componere tentat.
Hactenus in tali pater Audomarus/ & ipse
Bertinus vita non cessauere: tonantem

Bertini sacris initiati cedulitas

Indigetes sancti

Phlegetōtus

In virtute bertinus cōfirmat.

Lemures.

Bertinus

audomar⁹ Bertinus

Audomarū vel bertinū regendis moris nis
Dagobertus pficiat angel⁹ hortatur

Ambire:& soli sua dedere pectora Christo.
Horum igitur (mundoq; placens/diuumq; coronis
Grate heros/si relligio tibi Christia curæ est)
Vnum accerse:malis qui teruanensia corda
Dæmonibus sancto fretus sermone retractet.
Eia age:rumpe moras:modico ne parce labori
Bellipotens princeps.tua non cognomina sunto
Irrita:qui lotos inter baptismate reges
Maximus a patrum rex strenuitate vocaris.
Aggredere:audenti superum pater ipse fauebit:

Francorū reges xpianissimi vocantur.

Nec sumptas operas tibi merces parua sequetur.
Sic ait:& dulci thalamum perfudit odore:
Et passis extemplo abiens euanuit alis.

Phebus.
Dagobertus

Igniuomos nam pulcher equos/iam Phœbus agebat.
Tum pius e strato Dagobertus corpora tollens/
In cœlum tensas, deflexo poplite palmas

Francorū rex dagobertus superos alloqt

Erigit:atq; humili superos ita voce precatur.
Optima quæ cœlos habitatis numina:vestro
Tellurem/oceanum/fulgentia sidera/quicquid
Ex illis oritur nutu variare potestis.
Vos hominum mentes cuicunq; adiungre voto
Scitis:& in nullo solertia vestra labore
Deficit:est rerum data vobis vltima virtus.
Nil tantis dignum meritis edicere possem:
Cui sanctum æthereo misistis ab orbe ministrum:
Vt mihi certa meæ ferret mandata salutis.
Hoc incredibili non me dignaret honore:
Missus ab extremo nisi nuncius axe iuberet:

Cuius iussa sequor: deus hæc michi vota secundet
Dixit: & ingenti ad lethem probitate chorestum
Acciet. huic omnes arcanos credere sensus
Rex consuetus erat: dubiamq; recludere mentem
Inter se super his vltro citroq; locuti
Plurima: disquirunt huic moli vter aptior esset.
Atq; vtri satius prouincia tanta subiret
Tandem fidus in hec prorupit verba chorestus
Mortales inter rex illustrissime tractus:
Cum venia tua maiestas sit salua profabor:
Gens fera sunt morini: sunt intractabile vulgus:
Ferre iugum renuunt: subdita rapiuntur erymni:
Verticis impulsu mutantur & omnia mutant:
Nunq̃ vlli seruire queunt: asperrima gestant
Pectora: seruicii nullam patientia legem.
Si tamen aptatis ducuntur gressibus: omnem
Sæuiciem abijciunt: & libera corda resignant.
Horum nil rigor inflectit: fauor omnia complet
Qui per amicicie scallas & amica virorum
Dicta: inter genus hoc hominum procedere sciret:
Non vllam (quocunq; iret) sua vota repulsam
Acciperent cauto regitur moderamine plebes.
Artus proceros & membra torosa Iuuentus
Ostentans: ludis/coreis/& carmine gaudet.
Hoc patriæ natura: poliq; affluxia gignunt·
Hæc etenim pingui tellus vligine certet
Cum libię: q̃uis magna vbertate feratur.
Illic plena rato seuerunt munera cornu

Dagobertus chorestum secretarius suũ affatur.
Chorestus
Cum choresto rex Dagobertus vter audomarus an bertin⁹ suscipiẽde puicie abtior eẽt disquirunt.
Chorestus ad regem.
Morinoꝝ cõditiões.

Morine regionis natura.

Apud morinos vites nō surgūt hiac⁹ bacchus. Thirīchi⁹ heros hercules Mauors iuno saturnia mercurius Palas. esculapius Grineus. apollo.

Dij Deeq; omnes:prӕterq̄ vitis hiacus
Inuentor qui terrӕ illi sua dona negauit.
Formam pulchra venus:vires thirinthius heros:
Militiam mauors:titulos saturnia Iuno:
Linguam Mercurius:doctrinӕ robora Pallas:
Incolumen vitam pater Esculapius:artem
Recte viuendi facilem grineus apollo:
Equum animum/moresq; bonos/stator ipse poliuit.
Et frugum/pecudumq; ferax/& diuite vena.

Ceres bacchus Cerinisiā morini potant

Hӕc homines regio parit:omnibus vbera campis
Explicat alma ceres:quӕ Bacchi munera supplent:
Vnde illi gratum populo ceruisia potum
Donat:lethei commixta papaueris vdo:
Ebriaq; intensis demergit tempora somnis
Insuper his nullo colustrum tempore desit:

Caseo & butiro abundant.

Maxima nec pressi decessit copia lactis.
Caseus:& crassum miro dulcore butirum
Semper adest:grato suaues abdomine/pulpas
Illic comperies nec desunt lustra ferarum:

Heliades. Epiros.

Nec silue/quibus ampla mares venabula iactant.
Palmis heliadum fœlix epiros,equarum:
Quadrupedumq; omni sileat ditissima fœtu.
Multo squammigeri ludunt in flumine pices
Et mare vicinum late sua commoda profert.
Diues grande/potens/sanum geniale venustum/
Nagnanimum vulgus:modica nō flectitur arte:
Res igitur prudentis eget/multaq; probati
Tempestate viri:qui longe incommoda fortis

Nouit: quem cautum rerum experientia fecit.
Quare Audomarum (q̄uis sit vterq; verenda
Religione potens: supra q̄ noscere sensus
Terrigenum possent) accersi (crastina lucem
Cum feret oceano surgens aurora) iubebis.
Huc vbi peruentum fuerit: diuina tonantis
Iussa recensebis: quo nuntius ordine prompsit.
Audito superi (nil fallor) velle parentis:
Mandatum ardenter studio exanclare sagaci
Gestiet: & talem gaudebit sumere curam
Post hæc si tantam fidei sarcire ruinam
Et si cœlitibus raptum instaurare decorem
Non est par solus pater Audomarus: habeto
Bertinum auxilijs: alium ex ordine patrum
Tam sancto/tam multiplici/tam ardente vocato.
Cuius præsidio inceptum complebit: & omnem
Cœligenis morinam Christo dabit indice gentem.
Nam duo si iunctis pariter conatibus irent.
Aspirante deo res ipsa facillima portum
Arriperet: sed Bertini burgundius arte
Sanguis adhuc late nimis indiget. Illius ergo
Audomarus eat prior: atq; exordia iactet:
Finis erat verbis: & clauserat ora choresto.
Cum pius æthereo mentententem calefactus amore
Dicere multa parat Dagobertus: at ignea somnum
Astra ferunt: omnisq; operas nox humida vertit.
Quapropter solito demittit membra cubili:
Multa mouens animo: & vix tandem mente quiescit.

audomarū ad morinos mitēdū & corēstus af firmat.

cubiculum rex dagobertus repetit

Postera nigrantis cœlo dimouerat vmbras
Orta dies: almamq; sua iam lampade lucem
Rettulerat: volucres per agros/& prata canebant.
Cum septem præstante viris grauitate/decorum
Et genus/& nomen/quibus alta ab stirpe triumphat:
Sacrorum antistes excellentissimus: illuc
Ingrediuntur iter iussi: & mandata facessunt
Lilia præclarum quibus est insigne cohortes:
Atq; leonigeros vbi regna vberrima saltus
Prætereunt: celeriq; petunt per deuia gressu.
Luxonij tacitas claustreta silentia sedes.
Postq̄ introgressi/Dauidica sensa legentem
Inuenere virum: tali quem voce salutant.
Præsul/amice dei pater Audomare salutem
Aeternam ex ima tibi pectoris arce precamur.
O fœlicem hominem/quem cœlica iura reposcunt:
Qui Christo obsequium exhibiturus/ad ardua longo
Abs terræ spatio fidei crementa vocatur.
Sic fatus: placidis seniorem amplectitur vlnis:
Dulcia cui sanctis dare nititur oscula plantis:
Sed renuit senior: neq; tantum admittit honorem.
Tum quo gesta modo fuerint miracula pandit
Prouidus heroum ductor: tum hæc insuper addit.
Te (rex Francicolæ gentis Dagobertus in omni
Relligione dei perfectus: & omnia Christo
Dedens vota) rogat veloci gallica cursu
Regna petas: summoq; libens parere tonanti
Acceleres: velis/remisq; carina feratur:

Diei ortus descriptio

Ab rege franco luxoniū legatio transit.

francia

burgūdia.

dauidica censa psalterium.

Galorum ductor audomarum salutat

Antistes rursus ad audomarū dagobert⁹

Donec in optato sistentur carbasa portu.
Isto plena salus/& vita æterna labore
Concipitur:sancto merces est certa labori
Eia age diue senex magno charissime patri/
Lætos pande sinus:dextroq; accingere vento.
His dictis madido lachrymis pater annuit ore: Absedēte audomaro fratres cōq̄rūtur oēs.
Cuius in abcessu lamenta audita fuerunt:
Effusi gemitus:lachrymæq; per ora volutæ:
Sed cunctis de more virum iam rite paratis audomar⁹ ad socios.
Mœrentes socios verbis solatur amicis.
Vos in continua fratres virtute gubernet:
Omnia qui solo potis est deducere nutu.
Et qui sidereos fidei custodibus orbes
Pollicitatur:euntem vanæ gloria laudis
Non pellit:non me quæstus fluitabilis ardor
Pellicit:vllius neq; mens exosa laboris
Promouet:at nimio dilustrat corda calore
Relligionis amor/cœlestiq; excitat igni
Magna dei pietas:tanto quæ munere fungi
Me voluit:superis vt in hoc seruire valerem.
Non ad delitias/ad blandimenta quietis
Nos facti sumus.hoc fragili tolerauit in orbe
Christus:& humanæ tam multa incommoda sortis
Induit:hic vt terrigenas sudare doceret:
Et fluxæ diuersa pati discrimina vitæ:
Iamq; valete omnes:neq; enim vos agmine in vno
Post hac (summa vices nisi vertat regia) cernam
Paulatim abscedens lachrymis sic fatur obortis:

Et dextram iungens dextris/confortat amicos
Singula turbatis tum frontibus oscula libat:
Bertinus. Et consanguineum Bertinum multa precatur.
Ne cepto absistat: neu dæmonis occidat astu:
Vt mundum cum blandicijs pessundare curet:
Et cœlos toto prudens molimine quærat.
Hæc inter patrum moderans Eustacius inquit.
Eustatius ad audomarum. Frater amice tuos diuum pater erigat actus.
Fœlix viue: deo famulare: per omnia transi/
Proficiens vt olympiacos mereare penates.
Sic orans: crucis indicio sacra tempora signat.
audomarus luxonio excedit. His igitur (Phœbo terras lustrante) peractis
Corripuere viam: comitum stipante caterua
Audomarus/& antistes franconius/ambo
Virtute insignas/ & cana ætate verendi.
Quotidie per iter de relligione superni
Regis colloquium/mentis solamen habebant.
Diuinis sanctum est his quicquid ab oribus exit:
Sic paucis rigidos celtas liquere diebus:
Celte. Ditia liligeræ regionis in arua citato
Deuenere gradu: quid agentes firma voluntas
Adiuuat: & fidos via nulla fatigat amantes:
dagobertus ad audomarum. Vt sanctum patrem (tremulo cui plurima mento
Canicies) rex vidit: aue dignissime pastor
Dixit: cuius opem teruana ecclesia poscit.
O fortunatos qui te genuere parentes.
Fœlix est regio quæ te produxit: & omnes
Te quondam puerum qui nutriuere beati:

Quos olim præcibus super æthera ferre valebis;
Non me vana superSticio aut insomnia ludunt:
Veridicis animum mihi firmat vocibus æther
Res tibi nota satis: non est opus inde relatu.
Audomarus adhæc: sancta rex inclita fama:
Ipsa luce magis res est mihi cognita: & omnem
Egnauare operam est animus. regat ispe laborem:
Nuncia certa mihi qui te trasmittere iussit:
Talibus eloquijs inter sacraria totum
Consumpsere diem: sed mox vbi crastina terris
Lucem nata refert matuta: operasq; reducit
Ad rem Audomarus ait: clarissime princeps.
Scis: q̃to iste malus prorepit longius error:
Tanto contactu loca turpius omnia fedat.
Longaq; iacturam ingentem mora sæpius affert.
Ergo viam properare Iuuat: necp lura morari
Corde sedet: mens tardatus exosa lacessit
Cursum procedo: tua si mihi firma voluntas
Annuat: & tua non maiestas summa recuset.
Hæc vbi dicta: pius magno dagobertus amore
Pastorem letis hæc inter, verba lacertis
Strinxit: perge deo (cui iuger omnia viuunt)
Et toti superum hospicio gratissime præsul.
Perge inq̃: & miseras letho vigil eripe mentes:
Vt vitæ æternæ placida statione fruatur.
Vnum etiam te sancte pater præq; omnibus vnum
Oro seu terris & mundo paupere degas:
Seu magis astrata felix letheris in æde:

Audomarus ad dagobertum

Matuta Ab dagoberto abeũdi copiam audomar⁹ petit

Dagobertus ad Audomarum.

Sidereum regem michi conciliare memento.
audomar⁹ ad dagobertum. Nulla etenim sublimis apex tibi vota negabit.
Ad quem Audomarus iucundis vocibus inquit.
Tu fidei custos: tu relligionis amator.
Non tantum fragiles dum spiritus hos reget artus
Sed dum cœlesti virtus regnabit olympo
Subter sincere illibato pectore mentis
Semper honor meritum laudes/ & gesta manebunt
Hæc fatum supplex heros veneranter honorat
Et variis cumulat donis fulgente thiara
presiosis. mulierib⁹ audomarū dagobert⁹ inptit Orbas. Tempora consignit gemmis auroqꝫ sinistre
Ardentem lituum imponit decoratur acerra
Thuritos exhalanti sacra dextra vapores
Quæ quondam doctus proauis effecerat orbas
Tum vestes atqꝫ argenti graue pondus & auri
Rex efferre iubet signisqꝫ asperrima tradit
Pocula sacratam dehinc talia fatur ad aurem
Grata sume manu tibi quę munuscula dono
Post maiora feram nisi sors inimica repugnet
Iam sanctæ crucis immensa virtute beatus
Viue vale fœlix cunctos fœlicior hostes
dagobert⁹ ad audomarum. Exupera te nulla in christum lædat enio
Sic rex & merito grates agit ordine præsul
Tum validis equites animis & honora virorum
Conuenere manus falerati spumea rodunt
Quadrupedes sua frena ipsi auro et muricæ fulgent
Ductores amplo clodouea triumphat honore
posteritas celebresqꝫ omni petit aggere pompas

Hisfrancos igitur pulchre comitantibus agros
Transit: & ambiani lætissima culta peragrat
Tandem teruanis gaudens allabitur oris:
Ligerosq; duces in francia regna remittit
Regalis thalami tunc in penetralibus altis
Ingens ara fuit Mariæ/ natoq; dicata
Lumine inextincto quam circuit aurea lampas
Hinc/atq; hinc longe splendentia diuite cæra
Candelabra micant manibus suffulta virorum:
Pulchra maritales heminea sacraria tędas
Burgundis accita plagis/cum Clotidis olim
Sumpsisset:primam gallis paritura salutem:
Etveterum cultus execratura deorum:
Illam multiplici constructam munere fecit:
In qua absente viro Clodoueo rege litaret.
Hic genibus positis/oculisq; madentibus orat
Francigenumprinceps: nullo assistente ministro.
Diuum summe pater/cœlestis conditor aulæ/
Soluere perpetuam cui debent omnia laudem.
En tua de tanto clæmentia fonte resultat:
Vt cunctos foueat:non solum qui tua poscunt
Numina:sed peruerso etiam qui corde reiectant/
In virtute pios solido confirmat: iniquum
A vitijs reuocat:prauosq; refringere mores
Non cessat:lachrymis orãda rogare videtur.
Quare agedum/nos qui iussis paremus ouantes
Protege: & in plenam duc nostra secalia messem/
Da falsos abolere deos:da pellere spurcum

posteritas clodouea. Ambianũ Franciam audomar⁹ egreditur.

Teruanuz oppidũ describit ara quam clotidis clodouij regis vxor secreto cõstrui fecit. Hemineus Burgũd⁹ Clotidis regina. Gallus.

Clodoue⁹.

Pro beati audomari opa dagobert⁹ deuz orat.

Orcus. Juppiter Christus

Obſcœna cum prole Iouem:rapiantur in orcum
Vt Chriſti nomen toti enoteſcere mundo
Poſſit:& omnimodæ recipi in præcordia gentis.
Talibus obſecrat dictis:aræq; propinquat:
Et matris'genitiq; ſacris quater oſcula plantis
Figit:& in ligno ſuſpenſum numen adorat.

audomari deiſtorāda fide diligē tia. Christus

Interea ſancto morinos dictamine firmat
Audomarus:& errores de plebe reuellit
Hereſios:Chriſtiq; fidem introducere curat.
Nec vanus labor ipſe:deo duce mobile vulgus
Credit:& illuſas ſenſim conuertere mentes
Incipit:& vero ſuą reddere corda tonanti.
Omnia iam ma gno ſacris idolia riſu
Exploduntur:humi diuum ſimulachra friantur:
Et fidei delubra ſacros vertuntur in vſus.
Sed quia cum tenui res eſt in cardine maior
Sedulitas/operi maiorq; induſtria ſeruit.

Primum luronij fū datorem ſanctā colū banum lo= cat⁹ bñdic tus cuius. regulā au= domarus & bertinus. ſeruabant. alloquitur audomar⁹ chriſtus

Nam longo paritur/ modico quod tempore cedit.
Autorem (mirą cui ſedulitate columbus
Nomen adoptauit)decimo benedictus in orbe
Alloquitur.viden o ſuperis gratiſſime paſtor
Quid tuus in morinis.facit Audomarus vt acri
Ore tonat:Chriſtumq; ima intra viſcera plantat:
Sed res tanta vni non ſit diu credita dextræ.
Noſcis:vt in tremulo ſparguntur vertice cani:
Et noſtras paruo ſcandet poſt tempore ſedes
Audomarus.At hoc varium/& mutabile vulgus
Si nullus regeret:veteri mox totus erymne

Grex raperetur:& antiquæ contagia vitæ
Indueret:lictamq; note mortalis abissum
Corrueret placidisq; dati essent floribus austri: Auster
Cure aliquid studijq; parum committere debes:
Ne totum absenti pastore voretur ouile.
Multa sagire potes:nihil est opus indice faxis
Vt maiestatem tua mens prouisa monebit.
At quia magna mei sequitur vestigia gressus.
Et docet:vnde boni poterunt consurgere fructus:
Vellem equidem longa populum hunc in pace teneri.
Dixerat:ille animo veracia dicta reuoluit.
Nec mora:confestim cœlo delapsus:in ædes
Teruanas ruit:& celeri nocturna volatu
Strata petens audomari:mox talia fatur.
Huc aures diuine senex adhibere labora: Sanct⁹ columbanus audomarū compellat
Est humeris immensa tuis super addita moles:
Quam tua iam longo solertia tempore gestat:
Et melius ducit:q̄ lingua retexere posset
Sed tibi caniciem properata labore senecta
Ingerit:& cane distinguit tempora ruge.
Est vehemens animus:sed vis exhausta labascit.
Propterea (tibi ne maiora pericula surgant)
Bertinum celebri consanguinitate propinquum
Auxilio modica post tempestate vocabis.
His abijt monitis:& dicere multa volentem
Deseruit:tum crebra graui suspiria fletu
Pectoris interna pater audomarus ab arce:
Traxit ne:vel segnicies/& inertia vitæ

Vel turgens animi faſtus/cœleſtia caſtra
Leſiſſet metuens:ideo ſua membra cubili
Tollit:& ancipiti nunc huc nūc fluctuat illuc
Corde:nec in portu mens diſturbata quieſcit.

Audromarus ad deū

Tandem triſtis ait:cœlorum maxime rector/
Et vos o ſuperi/ſi quoquā offendere pacto
Vos mea debilitas potuit que prona ſequaxq; eſt
At ſcellus & vicium:mites gnoſcite q̄ſo.
Si commiſſa mee clarere piacula menti
Poſt hac eualeant:noxā correctio vertet.
Eſte pij veniam date:culpam:abſtergite ſupplex
Ingemo :peccatum quibus eſt oſtendite rebus
Trito corde/genu/lachrimis:& voce litabo.

A deo reſponſuz audomarus accipit.

Hæc ita dicentem ſolatur ab æthere clamor.
Nil triſtare ſenex:iuſſis parere memento:
Id præter rutilans nihil ex te querit olympus.
His in membra ſeni redijt cum ſanguine virtus:
Nil ſtupet vlterius:ſolito de more paratur.
Poſterius algentis phebes vbi lumina titam
Abſtulit:& clari lucentia ſidera regni
Occuluit:promptum vocat Audomarus hiortam:

hiorte ſuo ſecretario ad bertinū deferēdas lr̄as andomarus donat

Nuncia diuine celeranter epiſtola vocis
Ad plenum mundi cœliq; fauore nepotem)
Scribitur:ipſe viam mox vt tentauit hiortas.
Par leuibus iaculis volucriq; ſimillimus euro

Hiortas voſagēſes

Fertur:& exiguo voſagenſes tempore lucos

Audomari epiſtolā bertinus legit.

Ingredit̄:cartanq; viro perniciter offert:
Quam vegetis oculis mox vt bertinus obiſſet:

Terram semianimus lachrimosa fronte petiuit:
Et cõsanguineo varijs ostendit amorem
Indicijs :tamen hos monitus cõplere negauit.
Littera talis erat:superum virtute salutem
Corporis & mentis tibi nos Vazluane precamur — audomari epistola.
Ex quo hinc;digressum me victrix gallia cœpit:
Sit licet ipsa meis Prouicia viribus impar
Teruane vt laxas moderarer gentis habenas: — Valzuan[9]
Et sacræ fidei monimenta tenere docerem: — Gallia
Euthera stellantis paradisi numina testor: — Teruanũ.
Quis sine nulla manet ratitas nihil omnia fiunt
Funditus assiduum mens irrequieta laborem
Parturit ;& late sudantes mittit in artus.
Siue domi sim siue foris:nusq̃ ipse quiesco.
Laus honor/imperium/maiestas gloria/virtus
Summa deo:tantum qui donat habere vigorem
Terrigenis:vt seruicium ipsi impendere possint:
Cuius seruus erit regnante beatior omni.
Q̃uis nulla meo requies in corpore:q̃uis
Noctes atq; dies mens sollicita laboret:
Nam Morini fera gens:multa placabilis arte
Si non damnatos studiosa sagacia mores
Dirriperet(veteres caderent belialis in astus)
Secreto mihi magna tamen sunt gaudia cordi.
Q̃ vanos pepulisse deos:ex pertia sensus
Idola deiecisse hominum domuisse prophanas
Vitas:concessum est summo lathrea tonanti
Nunc tantum seruit:trinum & venerabile numen

Deflexa populus ceruice libenter adorat:
Sed falente orco ne vulgus mobile sanctos
Abijciat mores vereor: cęcasq; deorum
Effigies rapienti animos errore capessat.
Quæ bona sunt volitant: sed quæ mala stirpitus hęrent
Languida iam crines mihi circum tempora canent:
Et nimis effœto cutis vndiq; corpore palet:
Viuere naturæ si conuenienter oportet:
Istius exilij actutum de carcere soluar.
Sed rerum genitor vitam qui morte redemit:
Ipsi (dum seruire queam: dum grata superne
Facta domus animis hic extorquere valebo)
Viuere permittat. nil me tamen improba mortis
Spicula deterrent: vitamq;/necem q; sub vna
Condicione rogo: qui temporat omnia christus
Nutu disponat: lętatus vtrinq; parabor.
Verum ni cœlo deducerer auspice: vires.
Deficerent: tantam nec possent tollere molē
Semper iacturæ venienti occurere prodest.
Postq̄ aduenerunt vix noxia damna fungatur.
Ergo lucigeri pupilla carior orbis
Huc germane veni cœlorum præcipit author:
Vt mecum &post me morinancia corda gubernes.
Accelera cordate nepos: mora longa noceret.
Si mundum & fluxos bonus aspernaris honores:
Morigerare deo te diuum curia clamat.
Surge/veni/propera/nec te locus ipse moretur.
Non vno detenta salus est nostra recessu.

Viue/vale:sanctos meritis qui iure penates
Hæc animo tristante diu diuoluit:& omnes
Consocios cælauit:in exumbrantis heremi
Horrenti anxietate inter spelea ferarum.
Degere:semoto terrarum maluit hamo
Tutus(grandis enim miseri est fallacia mundi)
Q̃ inter ridentis prati dulcissima tempe/
Per luxum:per delitias:per multa petulcę
(Quæ sensus agitare solent)spectacula plebis
Viuere ludacis formidans retia secli.
Nam velut in leui stans ferri lamina disco:
Hinc magneta loces/ istinc adamanta/ sequetur
Vtrius imperium dubitabit vtrinq; vocata.
Sed si alter cedit:reliquo mox ipsa propinquat.
Non secus/ac misera luctus qui in valle moratur:
Mollia scurrantis speculans consortia vulgi:
Virtutem toto sectari pectore quęrat:
Distrahet aduersum mox blanditiosa voluptas:
Altera pellatur:tranquille seruiet vni
Sed quia per duros aretę volat ardua saltus:
Fœda voluptatis commercia sæpius optant.
O cæcas hominum mentes/ qui lucida tetro
Sidera cocyto/vel qui exhilarantia tristi
Gaudia pœnarum baratro præponere quęrunt
Plurima scrutantes oculi per crimina ducunt:
Et nonnunq̃ vtriusq; necis fomenta propinant.
Tandem res prolata palam deuenit ad aures
Patrum:quam subito pius ipse Eustacius audit.

Eustatiu[s] luxouij abbas

Nec mora: Vazluanum dictis compellat amicis
Te sibi cunctipotens famulum Bertine parauit.
Quem tam diuersæ genti enotescere mandat
Germanos adolens meritis / & laude replesti
Burgundos sancte face relligionis adultus
Illustras: iamiam mores / vitamq; sequuntur:
Nec satis hæc / in teruanos accire penates:
Vt cum Audomaro morinorum cordibus almam
Insertare fidem valeas: tu ferre laborem
Non renuis: tamen hæc habitare silentia claustra
Malles: o sanctum vere / & memorabile donum /
(Quo pater omnipotens te vult gaudere vocantem)
Si renuas: grauiter peccasse fateberis olim:
Quod lachrymis forsan non penituisse lauabit:
Quis sæpe locis errandi occasio surgat:
Et multis interniciem consortia gignāt:
Non tamen in sola colitur pater almus heremo:
Nec tantum hac æterna salus regione locatur.
Si delicta pias: & amica mente precaris:
Diuini est vbicunq; locum clementia regis
Quinetiam non est (animi si robore polles)
Blanda quod orbicolum pellectamenta timescas.
Fœlix est cui legitimum certare potestas.
Bellum ineunt multi: sed paucis traditur herba
Sola triumphalem capiet victoria palmam.
Tu recte sapis hæc: neq; multi interpretis orsa
Iam maturus eges: sensum corroborat ætas.
Ni fidis igitur monitis parere recuses;

Ni superum aspernere patrem: Teruana citatis
Gressibus arua petes: & morigerabere cœlo:
Quęrit tota domus: precor ipse: efflagitat æther.
Sic ait: & pauca Bertinus voce profatur. — Eustatio bertinus respondet.
Omnia sancte pater mentem quę flectere possent.
Iam breuibus verbis tetigisti: supplice voto
(Si quid peccatum est) veniam tibi supplicat omnis
Cordis amor: nato clemens ignosce roganti.
Nec fidis vsq̃ monitis parere recuso:
Nec superum aspernor patrem: neq; vestra precantum
Vota admitto: humili cunctis ego mente subibo:
Hæc fatus: senis ante pedes stat poplite flexo
Multis cæsariem lachrymis humectat: & ora:
Et totum sine lege sinum citus irrigat humor.
Fratres aspiciens palmas ad sidera tollit — bertini humilitas.
Magnis cum precibus: terræq; immobilis hæret
Ingens offendisse putat: mens criminis expers
Ob minimã summa quatitur formidine culpam.
Sed longo peccandi animus qui induruit vsu:
Immensum scelus/ & cripta phlegetontide dignum
Noxam vix aliquo plectendam verbere censet.
Omnes surge loco frater charissime dicunt. — bertinũ cõsolanť oẽs
Surge loco/surge o Bertine Eustacius inquit: — Bertinus
Nil tibi tota domus nihil/ipse imponere tendo: — Eustatius
Nec quicq̃ de te querimur: si forte polorum
Regem offendisti: pietas immensa remittat:
Non equidem hoc dubites: te multum diligit æther:
Et tua sidereos delectat gloria ciues.

Sic ait: & dextra prensum a tellure iacentem
Suscipit: & lętæ ter porrigit oscula fronti.
His igitur victus (nam dextera iussio cogit)
Munus inire parat: neq; iam mens intera vastum
Deserta regione locum dimittere languet.
Tunc Ebertrannum sic Mommolene sodalem
Alloqueris, sed multa prius sub pectore versas.
O animæ pars magna meæ fidissime consors!
Ima ne supremo cruciantur corda dolore?
Summa ne cum largo trahimus suspiria fletu?
Vltima tristities, & sors asperrima surgunt.
Quid facimus? socium nostræ solatia vitæ
Perdimus: in terris quo non præstantior alter
Comperiatur: amicitiæ q̃ nobile pignus
Nobis lux hodierna rapit? quis in arte pusillos
Consulto auxiliisq; reget? quis sancta monebit
Numina sectari? quis concionabitur ipsa
Qua voce est solitus? quis mistica sensa recludet
Currere tarda citum leporem testudo docebit:
Et geminas vno fenices stipite cernam:
Quando Bertini similem reperire valebo.
Dura queri me cogit amor: me maxima sancti
Flere viri pietas cum relligione coartant.
Qualem tradendo se cunctis dogmate pręstat?
Quã dulci eloquio, q̃q; emuncto ore profatur?
Hoc ipso mea tota quies cedente facessit.
Herculeos etenim mallem perferre labores:
Si foret hic mecum: & solito de more doceret:

Morinos adire bertin⁹ parat

De bertini recessu mõmolen⁹ ebertranũ alloquit᷑. mõmolen⁹ ebertran⁹ duo luxouij cenobij relligiosi.

Quæ grauium dites luxus & prandia regum
Quãq; voluptates & deliciosa ciborum
Blandimenta sequi: mihi si Bertinus abesset.
Talia cum lachrymis recitas: mox corde benigno
Ebertrannus ait: nihil es nisi vera locutus.
Intima dum vitalis alet mihi viscera pastus:
Dumq; alium post fata leuis mens incolet orbem:
Illius ardenti nomen sub corde manebit.
Quanta tristiciæ/ q̃tiq; angore doloris
Concutiar: non milleno tibi guttere ferrem.
Nam toto stupefactus hebet mihi corpore sãguis.
Cor stupet: ossa tremunt: vox languida faucibus heret.
Cum venit in mentem q̃ nobis damna parantur.
Ipso absente mihi nulla vnq̃ gaudia sunto
Conquerar aeria seu tristis turtur in vlmo.
Quicquid dulce alijs. & iucundum esse videtur:
Prorsus acetosum / durum/ execrabile fiet.
Nec siccam mera vina sittin restringere quibunt:
Nec lauta esuriens mulcebunt vesca palatum.
Stertam seu vigilem: proficiscar. siue quiescam:
Nomen /amor/ studium/ virtus/ sub pectore viuet:
Et nunq̃ (hos fragiles dum spiritus eriget artus)
Vlla tristatam mentem dulcedine flectar.
Talia dicenti barbamq; sinũ q;[1] profusæ.
Humectant[1] lachrimæ: & ferme calor ossa relinquit.
Interea comitesq; viæ/ sociosq; laboris/.
Quos habeat: quos ve hæc tanta ad molimina ducat.
(Inter tot celebresq; animos charosq; sodales)

mõmoleõ ebertran⁹ respondet

ebertãni tristicia.

de sociis quos secũ ducat bertinus meditatur.

Cogitat: & varia bertinus Laude virorum
Distrahitur: tandem potior sententia vincit
Plangentes igitur (sed non plangoris amaror
Noticiem subijt) secreta in parte vireti
Inuenit. & dictis merentia pectora mulcet.

Momolenū & ebertranū grauiter plāgētes bertin⁹ affatur.

Vestra per astriferas vigeant præconia sedes.
O socij & clarum vos tollat ad æthera virtus.
Scitis: vt horrentes michi grata sedilia lucos
Deserere: & campos morinorum visere cogor.
Me pia iussa mouent: quibus haud parere nequirem
Ocius accingor: cœptum deus adiuuet oro:
Cuius magna libens quæ vis præcepta capesso.
Vultis & hunc mecum validi preferre laborem?
Vos nunq̄ (superos testor) mea cura relinquet.
Nostras exuperant q̄uis ea pondere vires:
Nil graue nil durum: est vbi cœlica dextra laborat.
Et qui fœlici magis in certamine sudant:
Princeps hos alijs maiori munere partit.
Nec de perdendo nobis sudore verendum est:
Digna sub equali donatur præside merces:
Qui dare summa potest iusto sub rege merem⁹.
Sic loquitur: votis illi potiuntur: & omnem
Optatum inueniunt: aliud nec habere præcantur.

Bertinus cū socijs luxouio exedunto.

Post multas ergo grates: & amantia dicta:
Atq; salutatis super omnia patribus: vna
Luxouio excedunt: & claustra silentia linquunt.
Conquestus/lachrimas/planctum suspiria/luctus
Quæ sanctorum in discessu dispersa fuerunt

Prætereo nec dulce vale ꝙ amore vicissim
Ingeminent memoro:neqꝫ vocis egere putatur:

Liber Quartus

POstꝙ teruanas rerum index fama per vrbes
Prępetibus volitans alis vulgaue rat:illuc
Sanctos aduentare viros:qui numine sacro
Afflati:christoqꝫ litant:veteresqꝫ deorum
Cultus irrident:& summo altaria regi
Tradunt:innocuo nos qui omnes sanguine lauit.
ꝗuis ad canos/frigescentemqꝫ senectam
Iam venisset ad hos pater Audomarus auito
Festinat studio:sociosqꝫ accersere totis
Viribus occelerat:quos vt conspexit amica
Talia voce refert.vos huc fausto omine gressus
Verteritis:tuqꝫ ante omnes gratissime cœlo
Bertine optatis morinam successibus oram
Intraris diuina dei mandata sequutus.
Illius auxilium post hæc vbicunqꝫ vocabis.
Mox aderit:subitoqꝫ dabit quod vota requirent.
Et ꝗcunqꝫ inies felicitabitur actū.
Iamqꝫ salutari fœcundam vomere terram
(Plusꝙ centeno quæ messem fenore reddet)
Proscinde:& sulcis vbertima semina velox
Ingere nitenti res quæqꝫ leuissima cedet
Iam capulo me instare vides:iam fila sorori
Abstulit & regidum populax capit atropos ensem:
Vt secet:& fato vitam concedere cogat.

Socios ad uentare audomar⁹ accipit.

Socijs obuiā audomar⁹ proficiscitur.

Socios audomarus salutat.

Vertex canescit: frons corugata citatam
Demonstrat faciem: nares crispantur amare:
Labra tremunt: tantumq; mihi ossea membra supersunt.
(Te tamen hæc animi interpres dum lingua loquetur:
Vocalesq; palam sonitus efferre valebit:
Frigida canicies q̃tum patietur. & omnes
Corporei nisus): ad sacra ferenda iuuabo.
Sic ait: & socios dextram complexus in ædem
(Virgineæ matri quam gens teruana sacrarat)
Ducit tum patrie mores & gesta resenset.
Multa super patribus qui clustra silentia seruant.
Multa super pleno diuini numinis abba
Inter se referunt: nec fundere verba loquendo
Absistunt: donec domus omnipotentis olympi
Clauditur: atq; diem componens vesper ab ortu
Surgit & ardentes pandens nox humida stellas/
Cuncta soporifere suadet dare membra queti:
Altera cum occultos rebus lux orta colores
Explicat: at sacrata ruunt passim orgia turbæ.
Festa dies ederat: sancta cum virginis aluo
Prodijt omnipotens: nostæq; incommoda sortis
Induit humane velatus imagine formæ.
Templum igitur Bertinus adit: quo sancta diei
Gaudia declaret fideiq; archana retexat:
Vndiq; tota pijs completur gentibus ædes
Nec fanum satagit; viciq; vieq; replentur.
Attentam sacris hortantis vocibs aurem
Inclinant omnes: atq; alta mente reponunt

In templū marie virginis apō morinos audomar⁹ cum socijs ingrediūt

In vigilia dominica natiuitatis bertinus cū socijs morinū ingressi sūt.

ad cōcionādū bertin⁹ pergit.

Quicquid sanctiloquo doctoris manat ab ore.
Omnia fatidici quæ præcinuere prophetæ :
Quicquid habent nostræ/veterisq; volumina legis:
Mente tenet:vita bonitatum altrice probatur:
Is qui rite docet:doctrinæ exempla ministrat.
Consona fatidicas condit facundia voces.
Eloquij princeps(ciceris qui nomina sumpsit)
Non huic altisono dicendi munere certet.
Mentem lingua ciet:quatiuntur famine sensus.
Sermo erat: Intacta natum de virgine Christum — Bertini cōcionatio
Qui victa morte ad cœlos conscendit: ab orco
Humani generis miseram instaurasse ruinam.
Trinum in simplicitate deum:qui cuncta gubernat:
Nec plures debere coli: nam cætera diuum
Turba:animi stygio sunt qui torrentur in igne.
Hæresis/infandos nexus(quibus aucta iacebat
Gallia:cum druidum deliramenta teneret)
Adiungebat:vti meritis quæcunq; fuerunt
Præmia respondent:vbi mors truculenta cecidit.
Criminibus baratrum:virtuti sidera dantur.
Explicat:& veteres auias de plebe retorquet.
Purgatisq; animis fidei plantaria mandat. — vazluan⁹, bertinus,
O dignum emporium: quo cœli gloria venit:
Quæ nullis emitur gazis:quam nulla facultas
Comparat: & nullas hominum descendit in aures:
Nec cernunt oculi:nec terrea corda receptant.
Vazluanum vitæ auxilio gens tota requirit
Ipse salutaris pastus alimenta ministrat

Et paradisiaci fontis mera pocula confert:
Quis apud æthereos fruitur mens libera ciues
Magnas de suscepta fide gratias Bertino morini debent.
Quare Bertinum (cuius præconia fulgent
Iam vastum innumeris meritis vulgata per orbem)
Tota triumphanti morinorum patria laude
Afficiat meritosq; libens persoluat honores:
Ipse etenim partæ certissima causa salutis:
In virtute hominum mentes paradisi de seruat:
Ex quo teruana regnat Bertinus in ora:
Et diuersa palam rerum miracula profert.
Seu viuus/seu iamvita defunctus/ in vllos
Errores nunq̄ morini cecidere: nec almam
Silitudo. Deseruere fidem Christi: velut ante solebant:
Vt quondam annosæ quæ procerissima quercus
Brachia sublimes tollunt dispersa per auras:
Intima firmatam radicem in tartara mittunt:
Et q̄tum ad celos: tantum ad phlegetonta recedunt
Sic animis impressa fides radicitus hæret.
morini ī fide cōfirmati sunt.
Nec plus ore ferunt: (q̄uis permulta loquantur
De superis Morini) q̄ intra præcordia viuat.
Inter plura virum celeberrima corpora nobis
adroaldus
Vnus adest Adroaldus: opum ditissimus/alto
Sanguine: consurgens: meritis/ famaq; probatus
audomaro & Bertino adroaldus vir nobilis & diues totā possessionē suam elargitur.
Hunc sacer æthereo calefecit spiritus igni:
Vt cœlis inhians/ bona fluxea temnere quęrat.
Ad sanctæ fidei auctores se contulit: omnem
Vt gazam (quæ larga nimis/locuplesq; redundat)
In sacros Christo acceptos impartiat vsus:

Ad quos dulciloquis extemplo vocibus inquit.
Vos peregrinantis duo maxima lumina mundi
Chrystus amet: tanti quem proclamatis habendum
Hactenus(o nimium)cumulandis rebus anhelo:
Atq; omnes titulis curas extendere nitor.
In melius vitam redigi mea promonet ætas:
Et potiora fluens meditari consulit æuum.
Venit enim sensus & opes raptura senectus.
Annis Iam plenus pedetentim in fata recedo.
Hei mihi q̃ satius foret id fecisse:priusq̃
Ad gelidos venisse dei sine numine canos?
Sed resipiscenti quē inscitia longa fefellit
Si verum asseritis(quod condi pectore possit)
Maxima supremi ignoscet clementia patris.
Nempe hunc (ante diem quo his vos deus appulit oris)
Nunq̃ perfecto fidei sacra corde recepi.
Sub residi tripide pecudes custode vagantur.
At postq̃ vestre tetigerunt intima voces:
Et summum tanta cum relligione tonantem
Quem mare (quem tellus/quem lucidus/orbis adorat)
Promere cœpistis: vitæq; ostendere callem:
Nil quo se tueatur habet qui credere spernit.
Christi legiscita nequit cognoscere nemo.
Propterea vafras imitari castoris artes
Mens animusq; iubent: & docti prouidus anguis
Facta sequor: nam diuitias propellere tendo
Ne mihi demonios insultus vincere tandem
Perpedimenta ferant; veteremq; illidere pellem

Adroald[9] ad audomar & bertinum.

vbi canib[9] beuer nimis opprimitur testiculos dentib[9] abrodit & ita canū insult[9] euadit.

vbi serpēs ad senectutē puenit se saxis alliēdo veterē pellē exuit ꝛ ita iuuētuti redditur.

Vt valeam: & viridis vestiri flore iuuente
Hic vbi nulla senum iacturam tempora ducunt.
Dulcia cur tanto mihi pignora tempore desint
Nescio seu prolem geniali horroscopus aluo
Deneget: & radijs sic astra nocentia faxint
In terram ex superis (mentes vbi sidera torquent)
Morsq; salusq; venit: nulle nisi ab æthere vires.
Seu mage quod rerer magis & quod credere sanctum est
Vitales animos hominum qui in corpora fundit:
Me sic vult sine stirpe dies finire: nec vlla
Progenie gaudere: neq; aduersarier opto.
Fortunam quācunq; animi deus autor honesti
Esse michi velit: inmensas cum psalmine grates
Terq; quaterq; fero: si quem tamen optima gnatum
Vxor progenuisset in his quos perdidit amnis:
Me frigens senium qui confortaret haberem:
Qui penus aggereret: medicum qui accersere egro:
Me verbis lachrymans consolaretur amicis:
Ipse exalantem / & suspiria summa trahentem
Ipse oculos miserante manu post funera patri
Clauderet & tumulo tristis mea conderet ossa:
Quem tepidis lachrymis & largi gurgite fletus
Sæpius imbueret: cilioq; madente sepulchrum
Viseret artificemq; mee rata gaudia menti
Posceret atq; inopi per dedita dona iuuaret
Nunc intestata si forsan morte perirem:
Omnis diuitias / & longo parta labore
Prædia cum vilis / heres ignotus haberet:

Qui vix defuncto tua mens in pace quiescat
Diceret illecebrisq; meos consumeret asses.
Ergo operepreciũ est (nec me sententia vertet)
Vt fidum heredem (mea qui promissa fideli
Compleat exequio) mihi viuus habere laborem
Heres Christus erit: iamiam Christo omnia dantur.
Hæc mihi quæ quondam dederas tibi munera reddo.
Suscipe magne pater: neq; me aspernare datorem.
Vos quibus in terra superi magnalia regis
Pandere concessum est de cunctis prendite curam.
Protinus aptentur quoscunq; voletis in vsus:
Non procul hinc locus est vastos protensus in agros:
Vndiq; fecunda locuples vligine tellus:
Et gregibus pastum/ & populo bona pabula gignit.
Nomine cythiacum prisci dixere parentes. Cytiacum
Hinc densam virides iunci obduxere paludem:
Illinc arboribus longe horrida silua coruscat:
In dextra vastos obtexit spinea montes
Asperitas: leuam claudunt immania saxa.
Optimus ad sacranda deo cœnobia campus:
Multo circuitu longe lateq; virescit.
Has vobis terras/ & quicquid subditur illis:
Ad sacros cultus/ & diuina orgia dono.
Este mei memores obsecro: & longa nepotum
Posteritas alta me semper mente recondat. adroaldo gr̃as audomar⁹ agit.
Audomarus ad hęc: Campos qui gramine vestit:
Qui stellis numeros/ & singula nomina fecit:
Det tibi perpetuas meritis pro talibus ędes:

petro apostolo basiliã bertin⁹ construit. Bertini & sociorũ devotio

Qua nunq̃ vrgentis habuit penuria gressus.
Continuo extremis oblati in partibus agri
Templa locant: & clauigeri de nomine dicunt.
Quæ circum paruos exili molle penates
Constituunt: domino quibus assidue viuere possint:
Seu placido currus conuectet in æthere phlegon.
Seu frigescentes nox intempesta per vmbras
Erret: in ore virum semper de cœlite regno
Verba sonant: vigili studijs incumbere cura
Non cessant: crebri sunt omnia plena laboris.
Mox per finitimas res proditur edita gentes:
Nec mora: conueniunt diuersa ex parte beatos
Vt fratres socient: in eodemq̧ ordine degant.
Multi hodie veniunt: cras plures/maxima tandem
Est hominum series: quam claustra operire recusant

petri cenobio fratrũ multitudĩe reciperẽ nequeũti alteri⁹ loci ĩuẽtionem bertin⁹ attente cogitat.

Cumq̧ cateruatim vario gens plurima tractu
Afflueret: mediæ nec parua sedilia plebi
Sufficerent: animo Bertinus multa volutat.
Nam gratam superis metuens amittere prædam:
Tam magni qua parte loci sit prodiga tellus
Non videt: vt iunctis latebris habitacula captent.
Quapropter veluti pater officiosus in omnes
Fertq̧/refertq̧ vias animum: solusq̧ per agros
Ambulat: huc oculos vertit: nunc reijcit illuc:
Pectore multa mouens: casus cunctatur: & omnem
In regione locum vigilanti lumine transit.
Nec scrutatorem voto fortuna secundat:
Tandem tristitiæ mentem perculsus acerba

Tollit ad astra manus: & cœlum fronte supina
Suspiciens: paucis ita numina sancta precatur.
Omnia qui nutu superi complere potestis:
Vos penes humanæ sobolis iacet abdita virtus.
Interceptum nihil esse valet: nihil esse peractum:
Si non vestra adhibet facilem clementia dextram.
Vobis præsidibus iam fundamenta locantur.
Perficere optantem solita bonitate superni
Ciues dirigite: hęc non sit sine culmine turris:
Quam statuisse domum pręsenti numine tendo/
Vestra est cœlituum: per eam reuerentia crescet:
Aptum ferte locum diui: tot pulchra per orbem
Tecta colunt homines: quorum turpissima vita est:
Et qui se labis sentina inuoluere pergunt:
Nec Christum/Christiq́ fidem temerare verentur.
His famulis (qui rite licet non omnia semper
Efficiunt tamen in voto est vixisse beatum)
Extensam præbete domum: præbete quietem
In qua vester honos/in qua veneratio surgat:
Talibus orantem/& lachrymas/ planctusq́ cientem
Audijt omnipotens: animumq́ in vota tetendit.
Nam sanctas vox intonuit cœlestis ad aures.
Omnis pone metus: atq́ omnes desere curas:
Ad stagnum propera: vinctamq́ ab reste phasellum
Eripe securus: quod mens deposcit habebis.
Sic monitus: laudes diuis/ gratesq́ tonanti
Sæpe refert: stantesq́ gradum detorquet ad vndas
Ingens/ & visu q̃ formidabile stagnum

Bertinus ad superos

bertini vo- tis e celo an nuitur.

Stagni descriptio.

Tunc erat: ambages nunq̄ nisi longa referret
Quanta sit asperitas: q̄ sint austera locorum
Omnia: q̄ multo sint attentanda timore.
Nubibus hinc adigunt ramosa cacumina montes:
Abruptiq; procul scopuli labitare minantur:
Hinc trucium completa fremunt spelea ferarum:
Quas incredibili siluarum tegmine velat
Lucus: & horrenda late circunfluit vmbra:
Per medium præceps ingenti vortice torrens
Labitur: & rapidus longe sua murmura gurges
Proijcit: accliuis quatitur reparabilis echo
Vallibus: & grandes responsant plurima siluæ.
Impete vix tanto balearis verbera fundæ:
Aut glandem ignitam/aut partas volitare sagittas
Dixeris: hæc modicæ naui non peruia Tethis.
Attamen hos latices Bertinus adire propinquat:
Nec quidq̄ auditis dubius de vocibus hæret.
Cœlestes etenim manifesto in lumine diuos
Cernere/colloquioq; frui iam suetus: ad omnes
Cœlicolum iussus sese componere curat.
Vt ventum ad ripam: prospectibus omnia lustrat.
Ecce in littorei stat vincta crepidine saxi
Paruula scapha: virum quæ vix comprendere posset
memoratu dignū miraculum. Strenuus ingreditur: cymbæ retinacula frangit.
Impiger: & densam cannis/vluisq; paludem
Stirpis iesseæ depromens carmina tranat.
Mixta papiriferis carectis alga: natantem
Lembum non retinere potest: non crassa lutosis

Vnda vadis lintrem directo a tramite vertit.
Quin ad præcipitis commotum fluminis amnem
Omnimodis sine remigibus(mirabile dictu)
Perueniat:quid tunc faciat?quam excogitet artem/
Vt tam terribiles fluctus transcurrere possit?
Sed diuina pios bonitas non respuit actus.
Fidentemq; polis miseratio magna sequetur.
Nullo igitur ducente/ratis pernicia transit
Flumina:quæ magne vario cum remige pupes
Vix tranare queunt.licet artem nauita pandat.
Rursus arundineas stagnantia strata paludes
Ingreditur:luteamq; secat procursibus algam.
O mirum atq; omni facinus memorabile seclo.
Per virides scyrpos:& per vada spissa fasellus
Euadit leuis:& nulla de parte vacillat: Similitudo
Sicut vbi e pastu rediens philomena:cibumq;
Ore ferens:celeri sua dulcia pignora motu
Visit:iter liquidum radit:plausuq; quieto
Euolat aeriæ summis in montibus orni
Non retinent q̄uis caput intra nubila condant.
Trans siluas montesq; fugit:letoq; volatu
Ad dulces natum tandem venit excita nidos
Et teneris pue soboli pastum oribus infert.
Sic per aquæ bibulos iuncos/vndasq; palustres/
Cordibus humanis escam latura/citato
Cursu prora fugit:nec aquaria stagna morantur.
Ipse autem bertinus/amena voce canores
Quos sacrata pius psallebat ad orgia Dauid

Intrepidus modulatur:& omnem credere cœlo
Curam non dubitat iusti mens conscia gaudet
Iam pene ad metam ventum est:terræq; propinquat
duplex similitudo. Atq; in conspectu late patet vndiq; tellus
Ecce in giratos crebre vertiginis orbes
Fertur & assiduo motatur cymba rotatu.
Non alio rapitur giratu vertile buxum:
Quod scuticis pueri impellunt:per magna domorum
Atria nobilium:nec sic molaria flatu/
Vertuntur quando saxis in pabula fruges
Longo circuitu franguntur:& orbite longo
Nec quicq̃ formidat adhuc Bertinus:in ipsa
Christi laude manet:tunc carmen dulce memento
Cantat:& exanimo rerum misteria pendent.
At vero postq̃ hic descendit versus in ora:
(Voces paulisper nox lex mutarere coegit.)
Hæc requies mea sæclorum per sæcula fiet.
Maius opus retegi cœlestis dextera mandat.
Namq; repentino saltu/cum turbine multo/
Fulminis in morem ad teram ruit:atq; petita
In tellure ratis configitur:vnde reuelli
Non patitur donec petro noua conditur ædes.
Tantis prodigijs instructus ad æthera vultum
Tollit & his ad cœligenas sermonibus infit.
Bertinus ad supos. Optima quæ vobis fidentes numina pessum
Nunq̃ deseritis;quorum bonitate reguntur
Omnia:quæ gremij captudine delia claudit
Isvestris dignas meritis persoluere grates

Non opis esse meę (quæ vento raptius exit)
Crediderim: vos terrigenum pia cura quietos
Sollicitat: iustosq́ꝫ hominum non linquitis actus.
Hunc in honore diem/mihi quo quæsita dedistis:
Dum vitali aura vescar constanter habebo.
Et venturæ ætatis erit non immemor olim
Progenies: factumq́ꝫ extollet longa nepotum
Posteritas: multosq́ꝫ dies meminisse iuuabit. aliđ Petro tēplū Ber-
His dictis aliquot fratres accersit: & amplam tinꝰ extruit
Aedem construier grandi conamine mandat.
Retia qui posuit Christum vt sequeretur: olympi
Cui sacras reserare datum est/ & claudere portas:
Hac iterum colitur: sed dilabentibus annis
Primam Mommolenus: & hanc Bertinus aperto
Numine perfundit: simul & noua nomina præstat.
Hinc vbi iam sanctiq́ꝫ patres/ diuiq́ꝫ senatus
Nobile concilium venisset: & alta domorum
Culmina diuinis animis habitanda patenti
Erigerentur humo: velut in statione quieta
Quam pater ex astris/superoq́ꝫ ex ęthere mittit
Omnipotens: æquas qui nescit spernere mentes.
Hoc in secessu vnanimi omnes viuere gliscunt:
Nec sibi iure locum, potiorem quærere possent. Laudatur locus
Omnis enim spurci luxus occasio longe Cypria venꝰ
Exulat: hic nullas spargit dea cypria flammas Bertini ce-
Nulla cupidineæ coniectant tela pharetræ nobio mu-
Non has menstrua turba oculis vrentibus ædes lieres inter-
Ingreditur: nec fœminei præsentia vultus. dicuntur.

Lasciuo iuuenum renes succendit amore.
Visa mouent animos: tactus præcordia scalpit.
Hic nulli strepitus/nulla hic sunt murmura vulgi.
Cuncta silent melius superis in pace litatur.
Vazluigena bertin⁹. Ceptas sæpe preces interrupere tumultus.
Tranquillam petit excellens opus omne quietem.
Vazluigenę per longinquas extenditur oras
Inclyta fama: viruȝ numerus largissimus omni
Flandria. Parte venit: tantasq; rogat contingere sedes.
flandria. In primis gressum accelerant: quos flandria nutrit
germania. francia. Flandria sublimi nimis exaltanda cothurno.
Britani. Angli. Complures etiam victrix germania donat.
Gloria multiplicem coniungit francia cœtum:
Toto quinetiam ab diuisis orbe britannis/
Multi conueniunt: claustrisq; silentibus hęrent.
Sedulus in pecudes confercit ouilia pastor.
Sub residi moriuntur oues custode: nec vnq̄
Vpilione malo congesta peculia surgunt.
Collectis igitur patrum concessibus omnem
Curam adhibet superis acceptam reddere mentem.
Consocios formare sacris præceptibus almum
Pectoris affectum cunctis aperire: nec vllam
Virtutum speciem postisse tradere luci.
Stultus/& antichiras dignus glutire meracas.
Qui dubie expectat (sibi quam lux crastina condit)
Si certis hodierna potest conferre salutem.
In tuto nullum cras: si nobis tramite currum
Quæ cras instituit: cras si libet ocius aufert.
Propterea luce/ac tenebris/vbicunq; locorum/

Sanctis innocuam mentem virtutibus ornat.
Et quæcunqꝫ deo sunt iucundissima querit.
Vt veri officium pastoris ad omnia monstret.
Arthesiæ Berrtinus honos/ & gloria gentis. arthesia inter picardiam ꝛ flandriā regio est
Qui prodesse nequit: nullis præstare meretur
Atqꝫ vbi se vita monitor fœlice probandum
Exibet hic aures melius documenta sequuntur.
Fratrum aliquem si quando nimis segnire tuetur:
Nutantem placidis animum sermonibus acer
Eloquio firmat: nec quemq̄ crimine noctem
pertransire sinit: modo sit sibi cognitus error.
Non tamen accenso peccantem famine terret:
Nec crudelis ei detur correctio, mandat.
Debilium iudex hominum, qui crimina censet
Quiqꝫ aliis merita s potis est adicere pœnas:
Intra pelliculæ rugas Iecorisqꝫ profundi
Arcanas sedes scrutetur: an ista reorum
Aut grauiora etiam nū se peccata remordent:
De quibus intrepido tam sæuus iudicat ore
Libera tum expensis viciis sententia fertur
Qui sacra furaris/vel qui sacraria vendis
Nec crinis dampno/nec perdendo ore grauaris.
Vt me (assem qui surripui tam immaniter audes
Plectere si capiar vel res /vel vita manebit.
Mittem sæpe rapax condamnas corue palumbem
Sed missum repetamus iter non pergimus istuc
Sæpius hæc in concilio & patrum ordine coram
Enarrare solet superi domus inclita regis

Salutaris admonitio qua bertinus suos religiosos informat.

murciades benedict⁹.

Non latet arbitror: vos cuius regula vincit
Haud ignari hominis: qui nulla dote beatur.
Illam murciades iampridem a cœlite christo
Accepit vastiq; orbis per climata misit:
Plurima de virtute loqui conducere nec sit
Ni exercere magis nos enitamur in ipsa
Non satis est q̄ monachio vestimur amictu:
Quin in præcipitem miseri iaciamur auernum:
Si sub olympiacho sceleratam tegmine vitam
Occulimus falsaq; pios sub imagine mores
Mentimur nemo cœlestia numina fallit.
Quod magis occultum seruamus pectore crimen
Iudicis ante oculos magis illucescit & omnes
Inter cœligenas magis abdita noxia mentem
Damnat & assidua vindictam voce requirit
Quinetiam tacito viuentum corda reatu
Mordētur nec tranquilla vnq̄ in pace quiescunt
Nam qui famosi secretum criminis ignem
Conscius abscondit: sine sollicitudine nunq̄
Viuit nam retegi scelus exitiale veretur.
Inter spem atq; metum obuersanter pendulus hęret
Vltrices etenim tingunt præcordia curæ
Atq; vllam tanto prohibent captare quietem
Quare agedum o socii nō vano nomine tantum.
Sed facto potius christo inseruite paremur.
Quam gerimus normam querende est apta saluti:
Si sanctæ hac vitæ dispensatrice regemur
Ipsa etenim sacras in turbe christidos ædes

(Qua perfecta quies/qua pax æterna)fideli
Gressu incedentes / directo limite ducit
Vos igitur mecum fluxantis inania secli
Blandimenta animo forti contemnite :nobis
Plurima perpetuam cupiunt auferre salutem.
Nos carnis/ditis mundi/hostilissima vexant
Prelia:quæ si non cauto mauorte domantur:
Ignea præcipitis animas in tartara iactant.
Nil erumnosũ (nil quicquid parturit) orbem
Gliscite sectari:mundanos pellite fastus:
Quorum in perniciem delectamenta reiectant.
Tristia si mœsto suspiria corde parentes
Forte trahunt:tepidisq; genas ploratibus ludant:
Christicola superumq; domo (vt quos pellere nulli
Terrores valuere) madenti lumine fletus/
Et large saltem lachrymæ subducere possint.
Vobis ante oculos serpentum cautio regnet.
Molibus in pratis cantando noxius aspis
Aures obturans:artem zoroastrida fallit.
Non aliter gemine meditantes spicula mortis:
Quæstibus admixtos inimici demonis astus
Vincite: nec vos stulta hominum querimonia ludat
Namq; vbi tartareus(sacra qui fugit orgia)princeps
Crescere/ & in magnam late consurgere messem
Grata pio diuum regi commercia cernit:
Indignatur:& ardenti succensus erymne:
Huc illuc discurrit:& omnis cogitat artes.
Quis male diuinos liceat peruertere cultus.

Et quia sacratos non audet adire penates:
(Nam cum cœlicolis lemures habitare vetantur)
Sæpius occulto muliebria pectora lapsu
Ingrediens: fragiles sensus/& molia corda
Excitat: & fixos iecora inter amantia planctus
Clandestinus agit rapidoqꝫ eluminat igni.
Vt qui nil frugum summo tribuere tonanti:
Nil cunctos etiam cogant offerre nepotes.
Pronius ad celera est varium & mutabile vulgus:
Quã ad cœleste bonis referantia docmata lumen.
Quapropter si claustra subire tacentia vellem:
Et meus ante fores pater impedimenta iaceret
Ferre volens nec supplicibus de pectore votis
Annueret: plantis potius (licet ipsa repugnet
Natorum pietas) ipsum calcare moneret:
Quã michi cœliparas ignauum linquere sedes.
Corpora qui vescis enutriuere parentes:
Mentem blandicijs iugi reuoca re iehenna
Non poterunt: non exorrendo iudice coram
Pro nobis accepta ferent responsa tremenda
Iudicio merite soluentur præmia laudi
Perfida multiuole non vestros agmina plebis
Delectent animos: strepitus/& murmura vulgi
Non aspernari nescite: salutifer author
Vos libertatis paritiuo in carcere vinctet
Dissona carnali est nimirum ergastula voto
Religiosa domus mundum rea corpora querunt.
Contra sunt nostro deuota sedilia christo

Libertas animæ:qua non perfectior vlla
Esse potest:orbis salebras mens inclyta vitat.
Omnisq; affectus rutilanti figit olympo.
Vestra procellosi si quando linthea fluctus
Percutiunt:remosq; notis ferit auster iniquis.
Vela regat:clauum teneat proramq; gubernet:
(Qua sine tranquillos non est inuisere portus)
Internæ ratio mentis:totam ancora nauim
Circuniecta graui vetet vsq̃ occumbere flatu.
Nam veluti quibus est rerum agnoscere causas:
Et quibus occultam genesim indagare loquuntur
Quattuor oceanum turbant: contraria venti.
Concitus eoo rapide volat eurus ab ortu:
Mitior occiduis ȝephirus regionibus exit.
Pernix traiicia boreas prorumpit ab arcto.
Cui nymbos/pluuiasq; ferens sese obiicit auster:
Quemq; sui comites hinc/atq; hinc turbine cingunt.
Haud secus humanæ vires/ & robora mentis
Quattuor alternati impugnant fortiter hostes.
Gaudia sublimant animos:dolor atterit hosdem:
Spes leuat:arectos metus opprimit:vsq; furentum
Grassatorum acri raptu mens ęgra laborat.
Sed duce natura (nobis quam præbuit ęther)
Motus hostilis omnes superare valemus:
Hæc igitur iucunda magis quæ vestra libido
Rebitur:& membris quę commodiora putabit
Respuite: in nullo carnis remanete petitu.
Nil nisi quæ Christi sunt affectate:supernis

Vota tronis adhibete:deo auſpice corda regantur.
Cuncta ſalutifero ſummittite facta parenti.
Cuius onus tam ſuaue eſt/his qui ferre cupiſcunt:
Tam iucundo humeris eſt oblectamine plenum:
Vt quanto creſcat tanto tolerantius adſit.
Et magis attolli cupitur:nec membra fatigat:
Aethera quæ pennis tranat grauioribus ales:
Et cui maiores obducunt corpora plumæ:
Non alijs peius/ſed liberiore volatu
Fertur:& e pratis meliora alimenta reportat.
Q; ſi adiutrices alas deperdet:ab alto
Prolabetur humi:neq; iam ſe attollere quibit.
Hoc virtus homini facit accumulatior alta
Tollit in aſtra magis:deſerta remittit in orcum.
Talibus eloquijs animos calefactat:& igni
Senſus inuoluit:non quem rapuiſſe Prometheus
Dicitur ætherei quondam per ſidera plaſtæ:
Sed quo vera dei proles Beliale ſubacto
Sanctas implicuit iaciens noua ſecula mentes.
Ergo omnis(ſi quis fuerat) ſacro exulat error.
Aequanimes etenim monitoris dicta ſequuntur.
Tota cohors:ſuperis authoribus omnia tractant.
Nil niſi quod iuſtos animos decet ędere querunt.

frãcorum rex Hildebertꝰ bertinũ magna cũ venera-tiõe viſit.

Diuinum degunt.iam afflatos numine dicas.
Præſtanti virtute duces/ & regia ſceptra
Pluribus e terris morinorum in tecta vocauit
Totum vazluiade laus diuulgata per orbem.
Quin & francigenum multis cum millibus heros

Compellare virum cupiens teruanea visit
Arua:micans gemmis/ & multo splendidus ostro.
Illuc conuentum est lucentes murice/ & auro
Ductores flexa patrem ceruice salutant.
Et curuis genibus numen cœleste precantur.
Nunc dulci alloquio/nunc verbo consule gaudent.
Egregij proceres:qui orbis moderantur habenas.
Nec sua quisq̄ hominum fœlix in regna redisset:
Ni tutelaris cepisset munera dextræ.
Tanta laude virum/ tanto dignantur honore.
Quem prænobilium gazarum munere donãt.
Ille voluptates non has diffundit in vsus:
Non ad delitias:aut illecebrantia vitæ
Gaudia:quæ morum soluunt retinacula vertit.
Sed templum (quo vix cernas præstantius vllum)
Erigit: & multo rerum splendore decorat.
Quale vel excelso tarpei culmine montis
Romulidas struxisse ferunt: vel quale parenti
Ammoni lybica quondam in tellure dicatum est.
Hoc nunc artesij vrbs excellentissima tractus
(Nomina cœlestis dedit Audomarus) honorat: audomarus
Dumq; ita magnanimis diuinum heroibus esum:
(Quo saturata polis omnes sua pectora dedunt)
Infundit Bertinus: olympi crescit in horas bertinus.
Sanctus honos/pauci ardentem lapsantur in orcum
Quapropter rapidam stygio de fonte Megeram Sancto operi dyabolus inuidiatur.
Euocat vmbrarum dominus:cui multa recenset:
Acri bile gemens/ superasq; emittit ad auras.

admiratio-ne dignissimu i vualtberto comite factu miraculum.

Illa patris monitus callens festinat: & omnem
Teruanam trepidis oram discursibus ambit:
Hic erat illustri primatnm sanguine cretus
Regius ipse comes/pietate insignis & armis
Vualtbertum sobole eximij dixere parentes.
Is longo certum in morem contraxerat vsu:
Quando lucentem sacrum libabat ad aram
Vazluiades: sanctumque vale/dextramque beantem
Opperiens venia accepta in sua tecta redibat.
Huic igitur (tolli dum mistica liba tuetur)
Oblita viroso pertingit tempora succo:
Et tales nigra ambages sata nocte profatur

vualtbertu megera hortatur.

Vise domum: celera: heu quid stas Vualtberte/penates
Aequari terræ tota cum gente videbis.
Ni citius properes: surge inquam: surge: nocentem
Rumpe moram: celera: instanti res eripe leto.
Sic ait: Ille altum monita auscultata volutat
Huc illuc animum rapiens: abcedere tædet
Non habita venia: tantum deperdier assem

preter solitu sine diui Bertini benedictione vualtbertus domu pperat.

Indolet: hęc tandem peior sententia vincit.
Templa egressus/equum conscendit: & vrbe relicta/
Quadrupedis rapido volat ad sua limina cursu.
Iam mente exciderant sancti fœlicia patris
Xenia: nil animum (pręter q̄ agitata supellex/
Et famulorum internicies: quam finxerat Osroth)
Promouet: infernæ tantum violentia gentis
Molitur: superi quando finit ętheris author.
Hæc vbi præsago Bertinus pectore sentit:

Dodonem famulum (quo non mansuetior altet
Sythiacis hominum cuiq̃ seruiuit in aruis)
Acciet: & pleno calefactus numine fatur.
Hei michi vualtbertum stigij trux eumenis antri
Citra consuetum / & christi sine munere ducit.
Quod nunq̃ fatum est: ex quo ipsum hoc climate nosco.
Supra q̃ loquerer dodo: & q̃ credere posses:
In cladem miseror casum fugientis amici.
Ante diem hesperio q̃ phœbus in equore condet.
Alia vertetur: miserumq; abijsse pigebit.
Hæc inter lachrymas / grandi pater obcitus æuo
Conqueritur tantum iuuenis cedare dolorem
Ardet: & his dominum consolans vocibus inquit.
Parce queri: in melius rerum stator omnia vertet.
Forcitan hunc aliquo curanda peculiã mitunt.
Tum senior proprio qui dirigit omnia nutu:
Vadenti demitat opem: quia fune ligatus
Tartareo / sacris euertitur ędibus: almum
Vt postponat opus pietatis: & occidat atri
Demonis insultu: qui ipsum pessundare querit
Talia dum multis vltro cytroq; feruntur
Quæstibus: ecce ruit vualtberti seruus: & ipsos
Vualzuigene stetit ante pedes: & fletibus ora
Proluit & longo tandem hæc post tempore narrat
Diue senex nostri comitis miserere: benignus
Dextram expande viro: moriens te in vota reclamat.
Cœlos posce: homini misereścant: noscere casum
Non nisi cum gemitu & lachrymosa fronte valeres.

Namq; domum properans: volucres dum laxat habenas.
Et constanter equum ferratis calcibus vrget.
Pone sequor: cursuq; gradus æquare laboro.
Nos spacij medium gressu transimus ouanti:
Sed malefida suos vertit ramnusia vultus
Dum sibi per cilices fugiens male consulit hæros:
Procub ente fero/cadit inter acuta cauate
Saxa viæ: exesum q; vnda telluris hiatum.
Et grauis ingenti super ipsum mole caballus.
Coruit: ac toto membrorum pondere calcat
Nunc mortem iacet opperiens: exanguia frigent
Membra: solo disrupta: cubant duo crura per herbam:
Effuso commixta natant procul ossa cerebo.
Narratu horrendum: & visu miserabile cernas.
Ore vomit crasso fractos cum sanguine dentes.
Artubus haud aliter cruor exundare videtur:
Qz cæsis olim suibus. vel forte iuuencis.
Asside natura tali diu viuere pacto.
Nemo potest vita defunctum in tecta receptus
Comperiam non est celeri. quod calle fatiger.
Vt viuum tuear. iamiam postrema per ægrum
Cor terra excedens animus vestigia traxit.
Fato iam propior/me huc ad tua limina misit.
Vt tibi mœsta cito deferrem hæc nuncia cursu.
Te veniam obsecrat: multumq; errasse fatetur.
Qz sine chere tuo veram patiente salutem
(Tutandas ad opes quas perdi mente videbat)
Perfe ctum ante sacrum tam non consultus abiuit.

Sese etenim inferno se ductum principe noscit.
Mentem sancte pater quādo de corpore factum est.
Purificis supplex præcibus donare memento.
Hoc si destituar:viuendi gaudia perdam.
Lucis tædebit. vitæq; extrema precabor.
O vtinam (si cœligenis conducere visum est
Ipsum morte rapi)capulo condamur eodem.
Sic memorans:lachrymarum vbertim flumina sorbet.
Tunc fidum aloquitur dodonem valzuia proles.
I citus ad cellas:vbi adorea liba repono.
Affer lene merum:quod curta laguncula gestat. Sibi vinū afferri bertin⁹ iubet.
Cui puer:hinc triginta dies non vlla fuerunt
Vina locis:quibus hæc efferri pocula mandas.
Tum Bertinus:abi: credentibus omnia nescis Nullū in cella esse vinū dodo respondet.
Cedere pro voto:sperantes adiuuat æther.
Velox perge deum auxilio difidere noli In deo sperantib⁹ nihil deesse bertin⁹ affirmat.
Nobis vtilius cœlestis prouidet author:
Qz luthea conclusa domo mens prendere possit
Mandatum exequitur iuuenis:sed talia nullo
Posse modo fieri secum miracula retur. vinū dodo querit.
At diuina pios bonitas non deserit actus.
Ediculæ primos vix mittit in hostia gressus:
En patulas miranda ferit fragrancia nares.
Qualis in elisij capitur dulcedine ruris. miraculū ostenditur
Quicquid habent arabes:quicquid pancaia nutrit.
Aut orti cylicum:hanc vel thessala tempe timerent.
Rerum tam subita attonitus nouitate minister:
Obstupet:& tanti causam scruatur odoris.

Huc atq; huc oculos voluens:nec mente quiescit.
Donec ab exili locupletam sede lagenam
Tollit:vt inspiciat si quidq̄ forte licoris
Seruet adhuc vacuumq; seni ferat impiger vtram.
Ecce sacrum spumare cipho videt vndiq; nectar.
Non quod vitisator fertur monstrasse lieus:
Nec quod cærulee super alta cacumina puppis
Vector lusus erat:nudum ridentibus inguen
Cum pueris ostendit:& acri plenus hyaco:
Per sterilam grandi Iacuit cum scomate terram.
Sed quo viuificum cœlestia corpora numen
Potat:& æternas reficit suauedine mentes
Hic grauiter trepida catitur formidine docto:
Sanguis hebet calor ossa fugit:iecur obriget:omnes
Vertice stant crines:linguæ sonus ora relinquit.
Nam sacer æthereo residens in culmine princeps
Hoc superis speciale dedit:cum cœlite regno
In luctus patriam labuntur:vt vlla iacenti
In densis tenebris terræ misteria pandent:
Aduentu terrent:gelidumq; in corda timorem
Inijtiunt:sed mox dextra paradiside mulcent.
Et letos animos/ilarataq; pectora reddunt.
Altera tartareis natura est manibus:illi
Semper in accessu applaudunt præcordia falsis
Leticijs opplent:pre se veracia gestant
Gaudia sed multo tandem in mœrore relinqunt
Vel secum illusas sub tristia tartara mentes
Corripiunt:vbi perpetuus disterminat horror:

angelorū et demonū apparitio.

Sic primum immenso puer actus corda pauore
Iucundos rerum egressus / finemq; beatum
Inuenit: & manifesta dei miracula spectat.
Ergo ad Bertinum (cœlesti raptus amore
Et fragrore alacris) diuina hęc pocula defert
Ille deum laudans / humiles ad sidera palmas
Erigit: atq; altum gauiso pectore clamat.
In te sperantes sincero corde ministros,
Nunq̃ summe deus tua magna potentia linquit.
Certe infanda nimis deliramenta propinant:
Qui te nulla hominum curare negocia tradunt: vualtberti famulo bertin⁹ iquit.
Non alio cœlum q̃ terras fœdere nectis.
Nec secus aerijs descendens nubibus imber /
Telluris gremium fœcundat: & vbere fructu
Iugera / per dimensum affatim suscitat orbem.
Q̃ tua lapsantem regit indulgentia mundum.
Tum famulo conuersus ait: perniciter illuc
Curre: merum hoc bibat: & Christo cõfidere discat. subito vualtbert⁹ sanatur.
Quid plura? ille nouis turbatus pectora monstris
Ad dominum festinat iter: gressuq; citato
Vas breue quod cœli donum memorabile claudit:
Vitam exalanti / & suspiria summa trahenti
Affert: & mandata senis recto ordine promit.
Sanguineos voluens oculos / & saucia membra
Paulisper Vualtbertus agens vinum haurit: & ecce
Omnis abit neruis dolor: admirabile dictu.
Prorsus / & amissæ redeunt in corpora vires.
Vt cum dictæo ceruum venabula saltu

Traijciunt: si dictami fœlicia mandit
Brachia: letiferam depellunt corpore pestem.
Et rapidis solito leuius fera cursibus errat.
Omnia diffuso rursum per membra vigore:
Talia voce refert comes: O deus optime rerum/
Tu miseros hominum/ quos menda nepharia sensus
Impediunt:non supplicio mox vindice plectis:
Nam populi dignam crudeli morte salutem
Mauis:propterea signis plerunq; monemur:
Vt sanctam expulsa virtutem acquirere noxa
Erudiamur:in orcustos ne forte labemus
Exosi post fata specus: & ad impia ditis
Limina trudamur: qua nullum incendia finem
Accipiunt:qua non repeti mala verbera cessant.
Plures q̄ nunc ipse dedi pro crimine pœnas.
Commerui fateor cœlesti terrea dono
Friuola præponens: sed commeruisse gemisco
Hoc me sancte pater digneris munere (culpam
Si retinet mea mens romphlea vltrice secandam)
Ipsos vt valeam viuus tolerare dolores:
Qui mihi perpetuas possint extinguere flammas.
Si non cunctimodas datur hic abstergere labes.
(Nam vicij sine sorde breuem vix linquimus horam)
Quæ suberunt animo delicta catertícus ignis
Expiet hostili ne præceps mittat auerno.
Hoc supra penitus nihil intima vota reposcunt.
Bertinum (cuius meritis mihi tanta tulisti)
Semper honoratum cum vita manebit habebo.
Diuitibusq; sacram gazis quam condidit ædem

deo grãs vualtbert⁹ agit.

In hoc seculo sibi penitētiā dari ne in futuro dānetur obsecrat

Afficiam summaq; mei de parte peculi
Grande aliquid largibor. opis meminisse iuuabit.
Postera quæ nostros cognoscent sæcula casus.
Dixerat hic vafras fera perdidit eumenis artes.
Quapropter nimio correpta calore facescit.
Nec nisi post vari js morinos inuisere aristis
Ausa fuit: leruas superum miracula terrent.
Iam cœli & terræ pellagiq; orciq; per omnem
Tractum notus erat bertinus: & omnia sanctæ
Ornamenta domus (quæ magni expleta tonantis
Relligio & diuum pietas exquirere possent)
Fecerat: & miram templi construxerat arcem.
Cum rex omnipotens (oculis qui prospicit equis
Fasq; nefasq; hominum: & meritis sua premia seruat)
Ad se audomarum iubet acciri ille repente
Sublimem stetit ante tronum. cui christus ab alto
Sic fatur solio. confestim labere cœlis:
Et morinos inuise tuos. vrbisq; recentes
Structuras (quam leta tuo gens nomine dixit)
Accede. & consanguineo (quem plurima tecum
Gloria iure manet) spacio sua fata bimestri
Aduentura refert: socios componat / & omnem:
Erlofrido operam (quem vitæ splendor amatum
Tota plebe magis fecit) post omnia tradat.
Hæc deus: ille viam properans: empirea regna
Stellas / & glacies / linquit mox fulgida septem
Erronum per tecta volans: pretersilit ignes.
Et volucrum celeri translapsus inania cursu.

beatũ audomarũ de us acciri iubet Audomarũ xp̃s aloquit.

Erlofrid⁹ bertinũ audomarus visit.

Vazluiade tacitos media de nocte penates
Ingreditur:lętisq; animis mandata facessit.
Nam matutini sacratos temporis orsus.
Delubro (vt mos est) dum cætera concio pangit.
Quis ipse senex: & multo frigidus æuo
Iam fit: & effœtæ vires sua robora perdant:
Sub parui exigua solus testudine sacri.
Astrica nocturna semper prece numina pulsat
Valzuia progenies.nisi cum grauis intima langor
Concutit: & duro se tollere membra cubili
Non sinit:ac nimio morborũ fasce dolores
Pressant ergo locum diuino lumine complet.
Audomarus. & hæc pauidas effatur ad aures.
Non terrere dei fidissime serue: timendum
Nil superest huc verte oculos: quis sim ipse videbis.
Mota quaterdenas spectarunt sidera messes:
Octoq; brumalem censerunt lustra pruinam:
Ex quo tu morinis vitalia pabula confers:
Et christo sub rege merens:quasi strenuus heros:
Omnem cœlituum validis mauortibus hostem
Proteris:& nullo bellorum horrore moueris.
Quin styge deuicta nostros intrare penates
Ingentem prædam diuerso ex agmine cogas.
Debita completo merces est certa labore:
Et sua persolui contendit præmia virtus.
Quapropter qui nec falli:nec fallere nouit
Omnipotens opifex:huc me de culmine olympi
Misit: vt hæc tam optanda celer tibi nuncia ferrem.

bertinum audomar⁹ compellat

annisqua draginta ĩ termorios bertin⁹ pficit.

audomarꝫ bertinꝰ in marie vir=gini basil=lea sepelie rat

Tu me cum lachrymis/ & lamentamine multo
Vita digressum/sed vitæ regna sequutum
Mi germane/olim mariana in sede locasti.
Ipse ego te cum lætitia/ & cum cœlite plausu/
Mundo excedentem/superas comitabor in ædes.
Ante pererratum q̄ bis lustrauerit orbem
Delia: perpetue scandes habitacula pacis.
Et mecum (vel maiori) dominaberis axe.
Cœlorum te tota domus/ te regia clamat:
Te vocat ipse supremus apex quadrantia laudum
Impendere tuis operis vt munera possit.
Qꝫ q̄ omnes terræ meritis vulgare per oras:
Quæ tua sideridum domino duce vita parauit:
Te cœli terræq; plagis post fata sequetur
Multo maior honos: & maior gloria surget.
Namq; erebo suadente (animas qui ludere curat)
In rhodani liquidis vndis piscabitur estmon:
Quando resurgentis festum admirabile christi
Promitit vicina dies: cunctiq; reatum
In mentem redigunt. vt puri mistica sumant
Sacramenta: reis quæ vitæ crimina mundant.
Illum diuinæ grauis opprimet vltio dextræ;
Nempe gradus/ aurisq; omni priuabitur vsu:
(Nec q̄uis diuersa gemens sacraria lustret)
Sanus erit: donec te post trieterida visat.
Nocte pari/ infœlix qua hæc tanta piacula traxit.
Tum fletus miserans/ varias ardere lucernas
Per templum facies; & sospita corpora reddes.

estmon pis=cator qꝫ in pascatis nocte pisca=tioni incu=buerat: di=uina vltio=ne punitus ad Berti=ni seplchrū liberatus ē

Inter tot diuos quorum sacra membra quiescunt
Templa tim: hoc tanto solus dignabere dono.
Nec minus istud erit: quod Cræsea munera sacris
thesaurũ i tẽplũ bertinilatrosu riperuolẽs grauiter & miraclose punit⁹ est. Lętum vulpina fur simplicitate nitorem
Ostentans auferre volet: sed raptus erymni
Tenaria: foribus prodire nequibit apertis.
Quippe nigros lemures valuis astare videbit.
Qui grauibus colum laqueis vincire parabunt.
Quos propter rabido similis/phanaticus/amens
Ardua nunc saliet: nunc pernici infima raptu
Defluet: atq; ipsos cacodæmonas ore tonabit.
Præpingui incusas cum gazis piccidas auro
menapiũ pagus. In manicis gestans/partes rapietur in omnes.
Et neq; stare loco poterit: neq; stringere vocem
beniamin relligiosus ob scelera tã vitã e re cat⁹ bertini meritis illu minatis est Cerbeream: qua tota domus tremefacta pauebit.
Donec menapiæ haud iniusto ergastula plebis
Iamdiu perpessus/scelerata morte peribit.
Quid referam q̃to tibi sit venturus honori:
Beniamin egregia qui nobilitate parentum
Cretus erit: nummum q; penus opulenter habebit:
Is florente potens animo/viridisq; iuuenta/
Se Christo/ac cunctis habitantibus astra vouebit:
Et spretis opibus/quas sancta per orgia fundet:
Cum omni simplicitate sacros deposcet amictus.
Perq; aliquot triuias recto moderamine viuet.
Sed ludente orco (qui nullo tempore dormit)
Tandem desipiens/vitiosam degere vitam:
Et damnosa sequi iuuenum consortia malet

Nec prece/nec monito fratrum/nec voce minaci
Vertetur: sed nec miserum correctio flectet.
Quin crescente nephas semper peiora sequatur.
Mens acheronteo sic inflammabitur igni:
Vt sumptos habitus/ iurataq; tegmina demens
Abijciat: sanctaq; domo digressus/ in omne
Labatur vitij genus: atq; per omnia præceps
Crimina raptetur: quæ turpantissima quondam
Fingere dux erebi potuit: sed plena malorum
Auferet instrumenta deus: quia lumina fronti
Eruet: & tereti gressum tentare bacillo
Coget: & in tristes fera vertet gaudia luctus.
Protinus infausta iuuenem de sorte pigebit:
Prospera sublimat fortuna: aduersa coercet:
Propterea sacrosq; lares/ tacitosq; recessus
(Quando aliter nequiet) conuersa mente redibit.
Te lachrymis veniam poscet: tepidisq; sepulchrum
Fletibus asperget: tua quo sancta ossa iacebunt.
Et tales madido creber dabit ore querelas.

Heu miserum/ heu miserum/ miserum sine fine geonem/ geon bēsa minis cognomen.
(Nam morino sermone geon dicetur iniquum)
Cur fati si influxum: & mala sidera cæli
Hausisti nascens? vt iam Plutonide turma
In quascunq; velint scelerum iaciaris abissos?
Cur animam (quam cœlesti formauit olympo
Spirituum sator: & stygij de fauce sathanis
Eripuit) baratri in torrentia stagna retrudo?

Dij superi/ quibus est nocuos auertere casus:

Et morbos sanâre datum/tuq; optime pastor
In primis Bertine: vllam si vestra salutem
Reddere dextra potest:si vos vndacia multo
Ploratu lamenta mouent:audite geonem.
Quivobis lachrymante preces de pectore fundit.
Perdita cęcatæ clementer lumina fronti
Instaurate:ratas quibus orbis machina vires
Dirigitur:monstrate :iuua Bertine rogantem.
Peccaui grauius fateor: q̄ vt criminis vlla
Dignari venia merear;sed vota re orum
Qui vitam mutare volunt (si vera loquuntur
Pistios auctores) nunq̄ contemnitis; ergo
pistis fides Suscipite o diui:& lachrymis miserescite:mores
Si non in melius concluso limite vertam:
Me phlegetonteas adigat mox fulmen ad vmbras.
Tales sæpe preces imo de pectore sparget;
Tuvero luctum miseratus/quando iacebit
Ante tuum illachrymans tumulum: cum numine bi[illegible]
Ex adytis faculas mittes:oculosq; corusca
Luce replens:multo plusq̄ ter lyncea finges
Lumina:perpetuam menti paritura salutem.
Factum certe ingens/& iugi nomine dignum.

Adam ciuis aurelius ob fratricidiū in vincula cō iect⁹ Bertini beneficio exolutus euasit.

Nec multis opus est efferre:potentia duros
Quæ captiuorum nexus tua brachia soluent:
Adamum tellus aliquando aurelia gimnet;
Qui fratrem phlegetonte animum impellente necabit
Sumitia carcereis obuinctus membra cathenis/
Et nigrum expectans figendum in crimine tita

Cœlicolas in præsidium vitale vocabit.
Cui de sidereo vox missa cacumine dicet.
Bertinnm deposce: aderit: votisq; fauebit.
Hic tua feruenti sic numina corde rogabit.
Quisquis es o Bertine: sacratum si incolis orbem:
Et potes vlla iuuare: tuas huc adijce vires.
His me compedibus/ manicisq; exolue: paratam
Vt mortem effugiam: tua mox altaria supplex
Inuisam: & rutilas sacra libabuntur ad aras.
Nec mora: disruptis hominem de carcere vinclis
Eripies: propiusq; instanti a morte redemptum.
Accipient patrij vel quos volet ipse penates.
Grande/ & venturis gestum hoc memorabile seclis.
Prætereo quantas mellingaselea virgo
Pro tam incredibili debebit munere laudes:
Hanc etenim cursu exortem natura sub auras
Proferet: & cassæ dabit obtentacula gressus
Aetatis placido decorata iuuencula flore
Tantum repet humi: pleno iam nubilis æuo:
Iam pueris matura: viri Iam debita lecto:
Sed cum baptistę (Christum qui flumine tinxit)
Annua sacra ferunt: populum concurrere cernet
Ad pia clauigero quæ erexti delubra patri:
Quapropter post ingentis lamenta querelæ.
In templum perducta tuam venerabitur aram:
Voce/ genu/ lachrymis/ & tonso corde litabit.
Tandem virginei præsens miserebere fletus.
Sanum natura contra pugnante mea tum.

ex meliga-
seleo terri-
torio puel-
la īcedēdi
facultate
carens in
bertini tē-
plū: recepta
plenariam
mēbrorū
sospitatē
accipiet

Et toto validas præstabis corpore vires.
Protinus illa domum nullo ducente redibit.
Et tua per varias aures miracula fundet
Sed quid ago libicis modicam de fluctibus vrnam
Haurio scammigeri non sunt tot in equore pisces:
Nec tot stellato colucent sidera regno:
Quot tu terrigenis ingentia mira recludes:
Quare age: ad æthereos hilaris disponere iussus.
Nec tibi sit fragilem durum dimittere terram:
In qua continuos pariunt mala crimina luctus.
Vt perdurantem bonus ingrediaris olympum:
In quo leticiam perpes tibi gloria gymnet.
erlofrido cenobijgu bernacula bertin⁹ cō mitit. His abiens dictis: totos fragrante deorum
Circum fudit odore locos cœlumq; petiuit.
Cumprimum patulis efflantes naribus ignem
Aureus eoo currus mouet equore titan.
Erlofridum ad se pastor vocat omnibus vna
Fratribus accitis: breuiter cui talia fatur.
Erlofride / mihi pupila carior: alto
Hæc animo defige: tibi quæ maxima pandam.
Hoc mortali ex orbe vocor me regia diuum
Clamat: & exutam fluxanti corpore mentem
Querit in hac vita non me bis plena videbit
Cynthia vicine currunt cita tempora mortis.
Totam igitur tibi amice domum cum gente relinquo.
Sed te per superos / & per sacra numina quæso:
Si tibi perpetue spes assidet vlla salutis:
Non alio q̄ suetus adhuc es tramite pergas.

Grande bonum:& ſupra q̃ lingua retexere poſſit
Nanciſcere tibi:ſi ſedula cura laboret.
Magni complenda ſunt in virtute labores:
Sed quo vis ſecura manent tibi præmia niſu.
Et nimium iucunda ſua eſt dulcedine virtus:
Cultores/ ſtructamq; polis iutoribus ædem
Cernis:opi/dextræq; tuis hic omnia trado.
Cœlos quære.deum placa:ſcelus omne fugetur.
Mecum lucenti fœlix lætaberis aula.
Ad reliquos conuerſus ait:gens optima/fidus
Septum paſtor amat: nec ſpreto cedit ouili.
Veſtros:pauliſper greſſus præcurrere mandor: ſuos religioſos bertin⁹ admonet.
Vos ſi conſueto vadetis calle:ſuperni
Tandem ſtelligerum tollent ſuper ęthera ciues.
Maxima tam facili ſtat pro certamine merces.
Hic vobis moderator erit: precor eſte fauenti
Corde omnes: & ſuaue iugum quod ferre ſoletis
Mecum:ad ſupremam tolerate libenter arenam.
Talia quotidie toto auſcultante ſenatu
Ingeminans/animos ſancto corroborat igni:
Vt nil (præter eum/qui ſidera condidit) optent.
Iam luci/ſomnoq; pares inceperat horas temp⁹ quo bertin⁹ ad ethera ſcādit.
Reddere libra:die(nonas quem nomine priſco
Roma vocat) diuæ cœlo venere cohortes
In thalamum ſenis: ex hilari qui fronte iacebat
Signatam operiens mortem:laquearia primum
Vndiq; cœleſtis regni ſplendore colorant.
Nectar/& ambroſiam paſſim per tecta refundunt.

in obitu bertini cōcinūt angeli.

Cum melos argutum tali modulamine cantant:
  Venit honora dies:venit memorabile tempus:
Quo Bertine graui de luctu ad gaudia transis:
Vt iugem ad vitam superata morte vocatus
Debita virtutum meritis donaria sumas.
  Venit honora dies: venit memorabile tempu
Quo Bertine tuam resoluto carcere mentem
Ad superos ferimus: lętæq; perhennia fronti
Serta damus: niueoq; caput decoramus amictu.
  Venit honora dies:venit memorabile tempus
Quo Bertine potens summi moderator olympi
Te magno excipiet venientem in sidera plausu:
Et maris/& terræ/tempestatumq; potentem
Constituet veneranda dies/ & amabile tempus.

oratio quē bertin⁹ moriēs effudīt hildebert⁹ frācorūrex

Mox senior lętata cruci quater oscula præbet:
Atq; ait. Hanc animam manibus pater optime rerum
Hanc commendo tuis:tum cor mens lęta relinquit:
Quam (si vera ferunt) magna comitante caterua
Inclyte Francorum rex Hildeberte volantem
Vidisti:nobiscum igitur sedo: ditia foelix
Agmina cœlituum (qui nunc Bertine tueris)
Nos simul & morinas custodi in secula gentes.

AMEN.

τελοσ

Impressum Parrhisiis/ab optimo calcographo Nicolao de pratis/invico olearum (apud magnum ortum) commorante.
Pro Dionysio Roce/eiusdem almæ Parrhisiensis academiæ Librario haud mediocri. Anno a natali christiano. M.D.x. nonis martij.



